SYSTEMA MATERIÆ MEDICÆ,

Continens

MEDICAMENTORVM vniuerſalium & particularium, (ſimplicium ac compoſitorum)

SERIEM AC SYLVAM,

Methodo medendi, ac formulis Remediorum præſcribendis

ACCOMMODATAM.

MVSEVM BRITANNICVM

Systema Materiæ medicæ
MSS. notes of Dr. Fowl

Medicina.

547. f. 34

~~Andrade~~

SYSTEMA

MATERIÆ MEDICÆ,

Continens

MEDICAMENTORVM

vniuerſalium & particularium,
(ſimplicium ac compoſitorum)

SERIEM AC SYLVAM,

Methodo medendi, ac formulis Remediorum præſcribendis

ACCOMMODATAM.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

PRÆFATIO
AD
Myſtas Apollineos.

VT artifex cum ſuo commodo nihil efficit, idoneâ deſtitutus materiâ; etiamſi modus operandi ſit eidem notiſſimus: ſic Medicus in agrotantium ſalutem, ſine varia medicamentorum ſupellectile, idoneas eorundem formulas concinnare non poterit; licèt rationem componendi perfectè nôrit. Hinc materiæ medicæ neceſſitas & vtilitas, cuius in hoc ſyſtemate ſeriem ac ſyluam exhibemus, ex variis plantarum partibus, (radicibus putà, corticibus, lignis, foliis, floribus, ſeminibus, fructibus, aromatis,) & humoribus, ſuccis nimirum, reſinis ac gummatibus: animalibus item, integris, earumq; partibus, humoribus, (vt ſunt pinguedines, adipes & medullæ,) excrementis: nec non terrâ marinâ, naſcentibus corporibus, metallicis, terris ac lapidibus variis, marinis: compoſitis item officinalibus, congeſtam, & in certas claſſes, iuxta ſeriem indicationum, digeſtam: vt ex ea, tanquam locupletiſſimo penu, ac fœcundo gremio, methodo medendi duce, vberrima remediorum materies depromi poſſit, ad polydædalam illam compoſitorum medicaminum varietatem & turbam fabricandam. Hunc itaque noſtrum laborem, Myſtæ Apollinei, in veſtri gratiam ſuſceptum, æquo bono animo ſuſcipitote.

PRO-

Lutridrij ntrifrentia.

Acetos.

Succi. limonu. citrij. Granatorum

aceroſa

Spus salis. vitrioli

PROOEMIVM.

DE MATERIA MEDICAE nomine, definitione ac distributione.

VOX MATERIÆ MEDICÆ ambigua est, duo præcipuè denotans. 1. Subiectum Medicinæ, siue materiam, in quam agit Medicus, quæ est materia δεκτικὴ siue *passiua*. 2. Materiam πρακτικὴν καὶ ὀργανικὴν, *actiuam*, quæ sub se comprehendit instrumenta sanationis, extra intellectum in rerum natura existentia, siue ὕλην βοηθημάτων, materiam auxiliorum medicorum, quam rectè cum Gal. 1. alim. fac. cap. 1. distinguimus ab ipso auxilio, quod est prædictæ materiei imago & idea, in mente Medici existens, illam rem ad vnguem repræsentans. In posteriori hac significatione vsurpatur vel *generaliter*, pro omnibus instrumentis sanitatis, quibus illa vel conseruatur, vel restituitur: cuiusmodi organa sunt triplicia, Alimenta, Medicamenta, & Operationes manuales: vel *specialiùs* adhuc, quandoquidem morborum curatio vtplurimùm Medicamentorum ope perficitur, Medici materiæ medicæ nomine intelligunt syluam Medicamentorum, simplicium, compositorum, quam etiam hic tractandam suscepimus. *Sed hæc obiter de nomine.*

Est itaque *Materia medica*, hoc loco, ordinata

ſeries medicamentorum ſimplicium & compoſitorum, methodo medendi, & formulis medicamentorum præſcribendis, accommodata.

Diſtributionem quod attinet materiæ medicæ, eam primâ fronte ita diſtinguimus, vt vel *vniuerſalis* ſit, nullam certam partem reſpiciens; vel *particularis*, ad certam corporis partem, eiuſdémve affectum ſpectans.

Vniuerſalis in tres alias partes ſubdiuiditur. *Prima* reſpicit cauſam morbificam vbiuis conſiſtentem. *Secunda*, morborum ſumma genera. *Tertia*, ſymptomata communiſſima, maximéque vrgentia, quæ Medici operam quandoque ſeorſim à cauſa & morbo exigunt.

Particularis conſtabit quatuor ſectionibus. I. De Remediis *capitis*. II. De Remediis *thoracis*. III. De Remediis *ventris inferioris*. IV. De Remediis *artuum*.

LIBER I.

DE MATERIA MEDICÂ VNIVERSALI.

PARS I.

De Remediis cauſam morbificam reſpicientibus.

HÆc pars conſtat ſectionibus quatuor. I. Continet medicamenta reſpicientia cauſam morbificam *qualitate* peccantem. II. Me-

II. Medicamenta respicientia causam morbificam peccantem *quantitate* & *substantiâ*. III. Continet medicamenta respicientia causam peccantem *motu*. IV. Complectitur medicamenta causam morbificam *quiete* peccantem spectantia.

SECT. I.

De Medicamentis respicientibus causam morbificam peccantem qualitate.

TYPVS SECTIONIS.



ALTERANTIA.

Quanquam alterantia, generatim loquendo, nuncupentur omnia illa, quæ non modò manifestis qualitatibus, iisq; tùm primis, tùm secundis in nos agunt; sed & totâ substantiâ seu occultis

qualitatibus nos immutant; hoc tamen loco ſpecialiter & κατ' ἐξοχὴν Alterantis vox denotat medicamentum, exceſſum qualitatis primæ morboſæ contrariâ ſuâ qualitate corrigens & emendans, ſiue in humoribus ac contentis, ſiue in partibus corporis. Genera alterantium tot ſunt, quot intemperies, vt ſuum vnicuique intemperiei contrarium alterans opponatur. Contrariæ verò qualitatis in quolibet alterante gradus ſunt quatuor, & totidem manſiones in ſingulis gradibus. Materiam alterantium nullam proponimus, tùm quia ſupervacanea: nam ſiue humores ſint alterandi, ſiue partes, non vtimur alterantibus ita generalibus & indeterminatis, ſed reſpicientibus determinatum humorem, vel partem: tùm quia ad hanc methodum componendi medicamenta ſecundùm formulas externas non adeò neceſſaria eſt, vtpotè in qua non habetur ratio gradûs vel manſionis, quemadmodum in altera methodo componendi, quæ conſideratur ſecundùm formam internam; ac docet modum componendi medicamentum certo gradu tale, v. g. calefaciens in ſecundo gradu, ex pluribus ſimplicibus calidis, frigidis, 1. 2. 3. gradu, ita proportionaliter inuicem mixtis, vt gradus indè quæſitus adæquatè reſultet.

Attenvantia.

Λεπτυντικὰ Græcis dicta ſunt, quæ craſſos ac compactos humores comminuunt ac diuellunt, vt ſub eadem quantitate maiorem locum occupent. Hæc in genere omnia tenuis ſubſtantiæ eſſe debent, ob quam facilè penetrare poſſunt ac in-

insinuare sese in humoris crassi substantiam. Spéciatim verò attenuantium quædam sunt frigida, vt succus limonum, acetum, oxymel, sed partium valdè tenuium; quædam, & pleraque quidem, calida & sicca, à gradu 2. ad 3. qualia ferè sunt acria, aromata præsertim. *Vsus* horum tùm internus est, ad varias viscerum obstructiones expediendas, ad expurgandam pituitam è thorace, menses mouendos, calculum frangendum, &c. tum externus, ad humores frigidos cuti impactos calore fundendos, siccitate verò & substantiæ tenuitate comminuendos & extenuandos, vt postea vel sponte, vel discutientium & attrahentium vsu dissipentur.

Materia horum vel interna est, ad vsus internos, vel externa. Internæ materiæ tabulâ nullâ peculiari opus est, cùm ex diuersis illa colligi possit ac debeat, pro scopo & intentione, diureticorum vid. sudorificorum, menses mouentium, & aliorum attenuandi vi præditorum, vt patebit ex singulorum descriptionibus. Materiæ verò externæ tabula pro vsibus externis hæc est.

Radices; apii, aristolochiæ, enulæ campanæ, ireos.

Folia; anethi, abrotoni, absynthii, calaminthæ, centaurii minoris, chamæpitys, hyperici, hyssopi, lauri, maioranæ, menthæ, origani, pulegii, rosmarini, rutæ, saturejæ, thymi.

Flores; anethi, camomillæ, hyperici.

Semina; anisi, apii, cumini, fœniculi, rutæ, sinapi.

Fructus; baccæ iuniperi, lauri.

Adipes & axungia vetustiores, maximè vulpina, vrsina.

Olea; amygdalarum amararum, anethi, hyperici, irinum, laurinum, nucum, rutæ, scorpionum, terebinthinæ, vulpinum.

Vnguenta; Agrippæ & Aregon.

Ex quibus variæ externæ formulæ fieri possunt, fotus, embrochæ, vnguenta, &c.

Incidentia.

Τμητικὰ, incidentia ab attenuantibus non reipsâ & facultate, sed obiecto tantùm differunt ac modo; nam attenuantia conueniunt crassis humoribus, incidentia etiam lentis ac viscidis: eâdem autem facultate crassi ac viscidi humores inuicem abscedunt; nisi quòd incidentia validiora sint attenuantibus: ægriùs enim diuiditur viscidum ac glutinosum, quàm crassum simpliciter. *Materia* proinde incidentium eadem, quæ attenuantium validiorum.

Emollientia.

Μαλακτικὰ Græcis dicta, sunt, quæ dura emolliunt. Sed cùm durum tribus modis fieri possit, siccitate, repletione ab humore flatúve, & concretione, siue ex propria partis intemperie, siue humoris influentis naturâ; emolliens medicamentum id propriè dicitur, non quod sicca humectat, nec copiâ distenta euacuat, sed quod concreta excalefacit, soluit atque colliquat. Talia in genere calida sunt omnia in actiuis, cùm fiat con-

concretio à frigore; in passiuis moderatè sunt sicca aut temperata, quia siccitas mater est duritiei: proinde quæ inter emollientia vulgò relata aliter se habent, (vt ammoniacum, galbanum, opopanax, quæ validè exiccant; oleum amygdalarum dulcium, violar. &c. quæ manifestè humectant,) contrario temperanda, vt fiant perfectè emollientia. In specie gradus caloris non est idem, sed humori concreto proportionaliter respondens; nam si contumacior sit, vt in tumoribus scirrhosis, requiritur calor ad 2. vel 3. gradum, vt vinci possit frigiditas humoris concreti: si mitior sit affectus, moderatus calor sufficit, vt saluari possit Galeni sententia 5. simpl. c. 7. 8. emollientia temperata statuentis, eius nimirum affectûs ratione, cui adhibentur. *Vsus* emollientium potissimùm est externus, in partium quarumuis scirrhosa constitutione, abdominis, lienis, hepatis, &c. in clysteribus emollientibus. *Materia* sequens est.

Radices; althææ, bryoniæ, cepa cocta, cucumeris agrestis, ireos, liliorum alborum, liquiritiæ.

Folia; atriplicis, betæ, bismaluæ, borraginis, brancæ vrsinæ, bugloss æ, maluæ, parietariæ, sambuci, violarum.

Semina; lini, fœnogræci, maluæ.

Flores; camomillæ, violarum, maluæ, meliloti, crocus.

Fructus; amygdalæ dulces, caricæ pingues, vuæ passæ, iuiubæ.

Liquores; aceti acerrimi vapor, ex lapidis pyri-

tis aut ſilicum candentium iniectione excitatus, & ira exceptus à parte, vt exhalare minimè poſſit; parteramen priùs oleis, emplaſtris & fomentis emollitâ aliquantùm: decoctum inteſtinorum, capitis & pedum veruecis.

Reſinæ; pini, terebinthina.

Gummi; ammoniacum vſitatiſſimum, bdellium, galbanum, opopanax, ſtyrax.

Axungiæ; porcina, humana, vitulina, gallinacea, caponum, anatum, ceruina, vaccina, ſuilla recens, taxi.

Sebæ; hircinum, caprinum, taurinum.

Excrementa animalium; butyrum, œſypus, cera pinguis, propolis, ſtercus bubulum, mellis fauus, lanarum prima lotura.

Olea; oliuarum, lini, liliorum alborum, violarum, amygdalarum dulcium, lumbricorum, anethi, petroleum, camomillæ, irinum.

Vnguenta; de althæa, reſumtiuum.

Emplaſtra; de mucilaginibus, diachylum ſimplex & cum gumm. de meliloto.

Nota. Gummata vetuſta diſcutere potiùs, quàm emollire; niſi aliorum humidorum miſcelâ emendentur.

Adipes & pinguedines magis emolliunt, quàm olea; & recentes magis, quàm vetuſtæ, (quæ fiunt ætate calidiores, acres & ſalſæ,) iuuenum quàm ſenum.

Adipes acriores & ſalſæ aquâ ſæpiùs abluendæ, vt exuant ſiccitatem.

Ex emollientibus validiora ſunt, radix bryoniæ,

sanguinem coagulatu dissolvunt:.
Essentia sanguinis hirci, ſt sanguinis
Lugi Mumiæ.. imprimis vero magiſte
rium oculorum cancrorum: it: carbones
tilia (ſi vel ſij ni aqua cherifolij vel ace
to) Cherifolium detur ni cibis ſ. ——
Extractu vel arcanu seu essentia hu
di minoris mtro sumpta. mmatu qua
da proprietate omne sanguinem coagu
latu solvunt et p missentibile q dam
transpirationem educunt: sci Aqua
Theriacalis et spes bart: ide praestat
Hartm: praet: chym. p. 144.
Cherifolium applicatum valet: vid Turner
herbal:

niæ, cucumeris agreſtis, ireos. Item, reſinæ & gummata.

GRVMOS DISSOLVENTIA.

Hæc vsûs quidem ratione referuntur ad emollientia, quia ſanguini & lacti concreto ſoluendo conueniunt, quamuis ratione facultatis ad validè attenuantia & incidentia referenda ſint; talibus namque grumi ſanguinis ſoluuntur & lactis, vt ex ſequenti tabula videre eſt.

Radices; ariſtolochiæ rotundæ, vincetoxici.

Folia; apii hortenſis & montani, rutæ hortenſis, artemiſiæ, abſynthii, abrotoni, ſatureiæ, thymi.

Semina; cumini aceto triti, raphani.

Succi; calaminthæ montanæ, acetum ſcilliticum: lixiuium iunipetinum, ſarmentitium cum aceto vel melle.

Syrupi; oxymel ſimplex, ſcilliticum, hydromel.

Animalium partes & excrementa; mumia, coagulum leporis, hœdi, cancrorum fluuiatilium vſtorum cinis.

Gummi ammoniacum aceto ſolutum.

Carbones tiliæ aceto reſtinctæ.

Chymica; ſalia ex diureticis, ſpiritus ſalis, terebinthinæ.

Quibus omnibus emollientia miſcenda, althæa præſertim, malua & butyrum.

DETERGENTIA.

In genere dicuntur, quæ lentos & glutinoſos humores corpori adhæreſcentes aut impactos contactu ſuo rapiunt, & tranſeundo ſecum deducunt. Naturæ ſunt calidæ vel etiam frigidæ in

actiuis; (sed efficaciora sunt calida:) in passiuis ficca sunt, cum aliqua partium crassitie, cuius ope aliquandiu morantur, & consequenter vellicando & abradendo lentos humores, donec cedant, posteà faciliùs eosdem secum deducunt & expurgant. In specie verò iuxta Gal. 5. simpl. 12. duplicia sunt detergentia; ῥυπτικὰ, *extergentia*, & ἐνφρακτικὰ, *deobstruentia*: illa poros cutis expurgant, tenuis cuiusdam & nitrosæ substantiæ; hæc verò internos meatus ab infarctu liberant, ac, vt suo loco dicetur, à præparantibus humores re-ipsâ non differunt, vnde etiam petenda. Hîc ergo *materiam* tantùm proponemus τῶν ῥυπτικῶν, quorum *vsus* in sordibus, quæ tùm cutis superficiei ac meatibus, tùm vlceribus succrescere solent, expurgandis.

Radices; apii, aristolochiæ vtriusque, aronis, cyperi, cucumeris asinini, dracontii, iridis, gentianæ, plantaginis, sigilli Salomonis.

Folia; absynthii, apii, anagallidis maris & fœminæ, ægrimoniæ, camædris, centaurii minoris, chelidoniæ, betæ, martubii, plantaginis.

Semina; vrticæ, plantaginis, apii, atriplicis.

Farinæ; seminis lini, fœnogræci, cicerum, lupinorum, hordei, orobi, fabarum: quò etiam refer furfur.

Succi; saccharum, aloe, vinum, fæx vini, lixiuium omne: huc etiam lac virginale.

Animalium excrementa; vrina, fel, serum lactis, mel.

Resinæ; terebinthina, thus, myrrha.

Mine-

Catapuntia minor or garden spurge
de qua vid Parkinsones: the stilled water
of ye whole plant, is of speciall use to cleans-
ye skinne for freckles, morphew or any
other discolouring, either of it self or
mixed wth ye water of bean flowers & bas-
tard dittany. & being gently bathed on
places troubled wth itch takes it away
in a very short space: Parkins: Theatr
botan: lib. 2 cap. 17.
Wild tansy. Lat: Anserina et Portentilla.
Women Clothes that be sun burnt, steep
their hands in whit wine and wash their faces of
ye same or else wth ye distilled water of ye
same. Turners Herball.

Mineralia; alumen, vitriolum, ærugo æris, chalcitis, tuthia, sal nitrum, auripigmentum, æs vstum, spodium, chrysocolla naturalis, factitia.

Olea; amygdalarum amararum, terebinthinæ, tartari.

Vnguenta; Apostolorum, Ægyptiacum. Sapo, maximè niger.

EPICERASTICA.

Ἐπικηρατικὰ sunt, quæ humoris acrimoniam, sensumque partis exasperatum retundunt, vel vi suâ emplasticâ, vel temperatâ humiditate: de emplasticis suo loco. Epicerastica simpliciter dicta sunt sequentia.

Radices; althææ, liquiritiæ, maluæ.

Folia; maluæ, nymphææ, semperuiui, portulacæ, lactucæ.

Semina; hordei decorticati, hyoscyami albi, lactucæ, lini, papaueris albi, oryza.

Fructus; iuiubæ, passulæ, poma dulcia, pruna dulcia, sebesten, amygdalæ dulces, pinea.

Succi & liquores; lac amygdalarum, amylum, aqua hordei, ius pingue, lac sonchi, cremor ptisanæ, succus foliorum solani, halicacabi.

Animalium excrementa; albumen oui, butyrum, lac omne, serum lactis, *partes animalium*; vituli caput & pedes, vt & agni caput, eorumque ius.

Mucilagines; seminis psyllii, cydoniorum, seminis & radicis althææ, seminis lini, maluæ, radicis borraginis.

Olea; oliuarum, violarum, amygdalarum dul-

cium, seminis cucurbitæ expressum, hyoscyami albi, papaueris albi, oleum plumbi.

Vnguenta; rosatum, album camphoratum.

Syrupi; violaceus, è pomis, de althæa Fernel. liquiritia, iuiubis, papauere, portulaca.

Varia officinalia; pulpa cassiæ, diacodium, diapenidium, saccharum candidum violatum, iulepus violaceus, mel violaceum.

ALEXIPHARMACA.

Horum quædam communia sunt, quæ venenis omnibus resistunt, quædam propria, peculiari cuidam veneno opposita. De communibus hoc loco, ad quæ ferè semper confugimus, (præsertim cùm nos latet species veneni,) quorum, *ratione diuersitatis veneni*, *non vsus*, alia *interna*, quæ peculiarem habent vsum in peste, febribus malignis, venenis assumtis, alia *externa*, quæ medentur morsibus aut ictibus venenatis.

Interna.

Radices angelicæ, anthoræ, bistortæ, cruciatæ seu gentianæ minoris, dictamni albi, enulæ campanæ, eryngii vtriusque, *h e. vulgaris & marini*, gentianæ maioris, imperatoriæ, leuistici, pimpinellæ saxifragæ, scorzoneræ, tormentillæ, vincetoxici.

Cortices & ligna; lignum aloës, santala omnia, cortices citri.

Folia; absynthii, dictamni, quinque-folii, (*maioris repentis*,) rutæ hortensis, & capratiæ siue galogæ, scabiosæ, scordii, valerianæ maioris, vlmariæ, veronicæ.

Semi-

Lactuca Arnoglossis omnibus venenatis
vulneribus, [illegible] vtilis ad est
Centaurea pictis salubris: antè comitus, hauf
tus ejus sumptus
Saxifraga Sea stellaria aqua. morsus
a rabidis canibus, si poletur et morsus
illinatur, maxime confert: vid. Lonicer.
contra Arsenicu mitus sumptu apprime
valet ac et constat ex hystoria. Sorbeat
filii Consul. Dris Filatto collecti. mr venen.
Trifolij odorati ejus ni omnib officinis
ee debet, qd mirifice venenis adversatur et
ad ulcera malitia sananda. pq vbi sup
Fuchs: plant hist: cap: de trifolio odorato.

sc. Petasites
Experimto compertu ē radices hanc mirifice
confert pestilentialib & febrib, qd sudore vehe
menter moveat, si in pulvere redacta in vino
sumatur; nre mirabili efficacia bibitur a mul
tibus quas vteri tormina et prolapsiones
exercet, valet etiā vnctu ad eneranda
Lumbricos: Fuchs: plant. histor. cap. de pe
tasit: appendice:/
Pimpinella Saxifraga non sanguisorba / pa
cipuus vsus ē cū seruenti populatim pestilen
tiae contagia arcere conando, vnica enim
venenis adversatur et corpa ab hac tua
vindicat vt affirmant si tantu in ore
teneatur: Fuchs. cap. de Pimpinella.
Rumex plant. Lactucae vel

Aqa Theriacalis Mathioli Jame Laude
lur. ad ipso authore: dosi [illegible]
Aqa Cordialis dispensatorio Lond: Gil
mine apati: cor roborat et contagiu
cohibet: et in vsu [illegible] do grossa
her pasta: / Culp:
Trochisci de viperis: qr b. cu lapid her. qm
et. confer. de cochie citri ℥j syr. mirtil. q.s.
f bdul cōd: opt in morbis cutaneis quibus
morbis variol. fab: petrich: / Dr Eade

Semina; anisi, acetosæ, cardui-benedicti, citri, coriandri, grana iuniperi, grana kermes, hyperici, leuistici, napi, ocymi, pimpinellæ saxifragæ, portulacæ.

Flores; borraginis, buglossæ, caryophyllorum, crocus, ericæ flos & coma *Dioscorid.* calendulæ, centaurii minoris, hypericonis, nymphææ, rosmarini, rosarum rubrarum, violarum.

Fructus; glans querna, nux iuglans, poma citri, arantiorum.

Aromata; cinamomum, caryophylli aromatici, macis, nux moscata, cardamomum, piper omne, longum præsertim, zedoaria.

Succi; citri, arantiorum.

Resinæ ac gummi; myrrha, camphora, laserpitium vel benzoinum.

Animalium partes, excrementa; caro phasianorum, castoreum, coagulum leporis, mumia, moschus, vnicornu, ebur, os cordis cerui, cornu cerui recens seu paruulum, lapis bezoar.

Terræ; bolus verus, terra sigillata vera.

Lapides pretiosi; coralla, perlæ, rubinus, smaragdus, hyacinthus, sapphirus, topazius.

Marina; ambra, succinum.

Confectiones; theriaca, mithridatium, confect. hyacinthi, alkermes.

Condita; corticis citri, myrobalanorum.

Conserua; florum buglossæ, violarum, rosarum rubrarum, nymphææ, rosmarini, calendulæ.

Species; aromatici rosati, de gemmis, diambræ,

triasantali, dianthos, diamoschi, diascordii, pului rubeus Pannonicus, Saxonicus.

Ex quibus omnibus varia fieri possunt antido ta magistralia, *aquæ*, *extracta*, *condita*, *tabellæ*, *puluere &c.*

Externa

Ad morsus venenatos vsurpantur, *intrinsecu* quidem, 1. *Alexipharmaca* prædicta cardiaci commixta. 2. *Puluis viperarum*, qui paratur e *carne viperæ*, (relicto corde & iecore,) vino albo lotâ, & lentè in furno exiccatâ, vt puluerisari pos sit, additis, si velis, aliis alexiteriis. *Dosis* ʒ ß. circi ter cum vino aromatico. 3. Ad morsum cani rabidi, *Antidotus Galeni*, ex *thuris* parte j. *gentianæ* par tib. v. *cinerum cancrorum fluuiatilium* part. x. *Dosis* ʒ ß ʒ j. ʒ ij. cum vino.

Extrinsecùs verò, 1. *Alexipharmaca* mixta cum attrahentibus ad cutem. 2. *Caro venenati animalis* cuiuscunque, morsui vel ictui admota.

LIBRI PRIMI
Partis Primæ
Sect. II.

De Medicamentis respicientibus causam morbificam peccantem quantitate.

Typvs

si quis ictus vel demorsus ab animali ve
nenoso, is instillet 3 vel 4 gutt. Lachi
ficalnej, supra vulnus. et mirū testā
Mizaldo inuenit præsidiū: vid. Bauhin
Hystor: plant: cap. de ficu: Experimētabat.
Aug. 6. 1656

Secundū Fritagiū, vitra humorū concoctio dequā mtr
ligendo tip. apb. 22: f:1 debetur soli sanguini succisq; san-
guinis; quæ fit dominio caloris nativi, in istos succos qu
majore q̄d ad nām mtgritati reddire possunt, corruptioni
subiecant, unde vertuntur in maam puri similimam
dein segregantur, et ad expulsionē dispōnuntur; cuius
modi concoctionis signa ē sedimtā in urinis, puri absimi-
lia respondens. Tale subitā correctionē cōtrizi humo
dicit. Bilis pituita et melanch: non recipiunt, sed dantaxat
eam qualitatē ferociū et naē inimicarū temperatiam
ut eis obedientiores, nec tantoper mistent, et cōmo
dius eiiciantur. Fritag: Auror. medic L:1. c.8: ꝑ16./

Bili tenuj, modo aeri moniū et caloris nocentis ſ
expers ꝑpatio non debetur. quia circo, humores p
parantur, ut ad excundū sint paratiores, talis
vero Bilis tenuis etc. vid Fritag: ibid cap. 14

TYPVS SECTIONIS.

- Medicamenta causam morbificam quãtitate peccãtem spectantia, vel sunt
  - Præparantia
    - Humores, *Digestiua* dicta.
    - Corpus, *Aperientia.*
  - Vacuantia vniuersalia,
    - *Purgantia* propriè dicta.
    - *Vomitoria.*
    - *Diuretica.*
    - *Sudorifica.*

PRÆPARANTIA HVMORES, seu DIGESTIVA.

DIGESTIVA seu præparantia humores sunt, quæ humorum vitia in primis & secundis qualitatibus, quæcunque coctioni impedimento sunt, per contraria emendant, hacque ratione quasi præparant, partim ad feliciorem coctionem à natura instituendam, partim ad commodiorem vacuationem arte moliendam, de qua præparatione intelligendus est aph. 22. s. 1.

Hæc triplicia sunt: alia enim bilem, alia pituitam, alia melancholiam præparant.

Bilem præparantia.

Bilis flaua ratione primarum qualitatum cùm sit calida & sicca, postulat refrigerantia & humectantia; ratione verò secundarum, cùm alia sit tenuis, *bilis flaua* dicta, alia crassa vel adustione, vel crassorum humorum permixtione, vt *vitellina*, *porracea*, *aruginosa* & *cærulea*, illa est incrassanda, hæc attenuanda. Bilem itaque alterantia sunt

duplicia, *Incraſſantia* & *Attenuantia*. De quibus nota, quòd tametſi non omnia ſint humida, frigiditate tamen, quâ pollent, calorem remittant, & exiccationem vlteriorem prohibeant, ſicque per accidens humectent.

Incraſſantia.

Radices; bugloſſæ, plantaginis.

Folia; portulacæ, plantaginis, lactucæ, ſolani hortenſis, ſemperuiui maioris.

Semina; cydoniorum, lactucæ, maluæ, papaueris albi, plantaginis, pſyllii.

Flores; nympheæ, violarum, papaueris rheas, roſarum, maluæ.

Fructus; iuiubæ, cydonia, granata, pyra, pruna dulcia, ſebeſten.

Gummi; tragacanthæ, arabicum.

Succi; foliorum & fructuum in hac tabula modò dictorum, amylum.

Aquæ; foliorum & florum prædictorum.

Syrupi; foliorum, florum & fructuum prædictorum, in officinis vſitati, vt & *ſeminis papaueris albi.*

Conſeruæ; florum nympheæ, violarum, roſarum, maluæ.

Species; diatragacanthi frigidi, diacydonites ſine ſpeciebus, diamargaritum frigidum, diapenidion.

Attenuantia.

Radices; aſparagi, acetoſæ, cichorii, graminis.

Folia; acetoſæ, capillares omnes herbæ, (h.e. adian-

Specialis Antidoti et Digestiua Aruginosæ
et cæterarū pessimarū bilis Speciesū ē mi Crys
tallo ꝓparatū: Fritagi⁹: Furor: med. l. 1. c. 9: ad
finem.

adianthum, polytrichum, ceterach, saluia vita,) quatuor inthybacea, h.e. *endiuia, cichorium, cicerbita, scariola* seu *endiuia:* dens leonis, chondrilla, hepatica, trifolium acetosum, lingua ceruina, h.e. *phyllitis Dioscorid.*

Semina; acetosæ, endiuiæ, hordeum, quatuor frigida maiora.

Flores; cichorii, endiuiæ.

Fructus; arantiorum, limonum, citri, melones, pepones, pruna acida, cerasa acida, ribes, berberorum.

Gummi; camphora.

Succi depurati; foliorum & fructuum in hac tabula recensitorum: item omphacium.

Aquæ; herbarum etiam prædictarum, quæcunque haberi possunt ad manus.

Syrupi quoque foliorum; & fructuum recensitorum, qui in officinis prostant.

Conserua; cichorii, acetosæ, citri.

Species; diatrium santalon.

Spus: Salii. Buxeoli. Smeri.

Pituitam præparantia.

Pituita ratione primarum qualitatum, vel est frigida ac humida, vt *insipida, acida* ac *vitrea*, & hæc corrigenda est calefacientibus, & exiccantibus: vel calida & ficca, vt *salsa pituita*, & hæc præparatur vt bilis, admixtis tamen pituitam respicientibus: ratione secundarum qualitatum omnis pituita crassa est, lenta ac glutinosa, hinc corrigenda attenuantibus, incidentibus ac detergentibus.

Radices; quinque aperientes, (h.e. *asparagi, petroselini, fœniculi, apii, rusci,*) acori, angelicæ, aristolochiæ, cyperi, calami aromatici, enulæ campanæ, chinæ, galangæ, ireos florentinæ, imperatoriæ, liquiritiæ, pæoniæ, salsæparillæ, valerianæ, zedoariæ.

Folia; absynthii, agrimoniæ, (temperata,) betonicæ, calaminthæ, camædris, chamæpitys, fœniculi, hyssopi, hyperici, lauri, maioranæ, marrubii albi, menthæ, melissæ, origani, pulegii, rosmarini, rutæ, saluiæ, satureiæ, serpilli, thymi.

Semina; quatuor calida maiora & minora, carduibenedicti, coriandri, citri, leuistici, pœoniæ, sileris montani, vrticæ, sinapi.

Fructus; baccæ lauri, iuniperi, nux Indica, ficus.

Flores; anthos, calendulæ, centaurii minoris, hypericonis, lauendulæ, lilii conuallii, saluiæ, stœchados.

Cortices & *ligna*; guaiacum, sassaphras, cortex citri, arantiorum.

Aromata; omnia.

Resinæ; myrrha, mastix, storax, thus.

Animal. mel moschus, castoreum.

Marina; ambra, succinum.

Aquæ; foliorum recensitorum quæcunque extant in officinis: aqua vitæ, cœlestis, imperialis, theriacalis.

Syrupi; de absynthio, byzantinus, capillorum Veneris, syrupus condituræ acori, conseruationis corticum citri, & zingiberis, hyssopi, menthæ, mel rosatum, oxymel simplex, & scilliticum,

Acetos.

Generis spec. Salis: bibitoli:

Ad tempanda terrestrē siccitatē, et squalorē ꝯbrimūt borrago. bugloss: viola etejusmodi lactuca: quib⁹ ad medendam crassitiē miscentur alia: — vbi acida ab acetō differēda. tantū, n, abest quod acetū mi atrabilarij sulli ppatione, vt eū etiam fermentū efficere et ebullire faciat, nam velut ptm frigidā et siccā simul calidū aereū et vim fermentandi obtinet qualiscūmis seminarium in atrabilario humore etiā reperitur: / Freytagius auror: med: l. 1. c. 11

Probe advertenda, humor qda tenuis, ptim acidus, ptim acerbus, alumnosus cupreus, vaporis, sæpe in melancholicis et hypochondriacis reperitur, vbi et acidus et acetō pequam vtendū. sed quos acetō delinitis passionibus vtendū: Freytagius. ibid

cum, syrupus de prassio, de duobus & quinque radicibus, de stœchade.

Conditura; radicis acori, enulæ campanæ, zingiberis, myrobalanorum emblicarum, chebularum, nucis moscatæ, nucis iuglandis, corticum citri, arantiorum, oliuæ conditæ.

Conserua; florum anthos, stœchados, saluiæ, absynthii.

Pulueres; aromaticum rosatum, garyophyllatum, dianthos, diambra, diamoschum dulce, diarrhodon Abbatis.

Confectiones; aurea Alexandrina, theriaca, mithridatium.

Trochisci; de absynthio, gallia, & alypta moscata, eupatorio.

Olea destillata; anisi, cinamomi, cumini, garyophyllorum, corticum arantiorum, fœniculi, nucis moschatæ, rosmarini, maioranæ, succini.

Melancholiam præparantia.

Melancholia duplex est, adusta siue atrabilaria, quæ cùm sit valdè calida, sicca & crassa, postulat frigida, valdè humectantia, & attenuantia. Recurrendum itaque hîc ad tabulam bilem crassam attenuantium, inprimis verò hîc commendatur *succus pomorum redolentium*, ex quo etiam poterit parari syrupus. Vel non adusta, *succus melancholicus* dictus, qui suâ naturâ frigidus, siccus & crassus, ideoque moderatè calefacientibus, humectantibus, & attenuantibus præparandus. Materia horum sequês est, vbi nota, quòd si quædam

ficciora occurrant, ea humidioribus esse temperanda.

Radices; aronis præparata, bugloſſæ, enulæ campanæ, filicis, polypodii quercini, ſatyrionis, quinque aperientes, liquiritiæ, quæ ſemper præſcribenda ad ficciorum naturam temperandam.

Cortices; citri, radicum capparum, mediani fraxini, tamariſci, ſambuci.

Folia; borraginis, bugloſſæ, becabungæ, cuſcutæ, centaurii minoris, ceterach, cochleariæ, capillorum Veneris, fumariæ, lupulorum, meliſſæ, naſturtii, ſcolopendriæ, thymi.

Semina; quatuor calida maiora, apii, agni caſti, baſiliconis, cardui-benedicti, citri, cuſcutæ, naſturtii, petroſelini.

Flores; quatuor cordiales, (h.e. *borraginis, bugloſſa, roſarum, violarum,*) & nympheæ, ad temperanda ficciora, calendulæ, geniſtæ, leucoji, tamariſci, ſambuci, crocus.

Fructus; cappares, paſſulæ maiores & minores.

Gummi; ammoniacum, lacca.

Animal. blatta, os de corde cerui, mel, ſericum.

Aquæ; foliorum ac florum prædictorum vſitatæ in officinis.

Syrupi; de fumaria, bugloſſa, cortice citri, de 5. radicibus, capillorum Veneris, byzantinus.

Confect. alkermes, theriaca.

Conſeruæ; florum bugloſſæ, borraginis, enulæ campanæ, capillorum Veneris.

Condituræ; corticis citri, myrobalanorum, zingiberis.

Spe-

Singularitis in melancholi: affectib⁹, comendat
mixturā ex syrupo Rabi Doni, violarū, boraginis
bugloss: Pom. Aqa centaur: extracto. Croci, Spu Tha
tracali camphorato, tartaro vitriolato. Spu vitrioli
debite rectificā. Fritag. Auror. med: l:1-c:11

Semen Agrimonie. Rudio dicitur mirabile in hac
cā. vid Fritag: Auror: med: l:1: cap:11.

Cremor tartari in melancholia ... sumi
... hypochondriacis tum aliis quibusq; tartari mi-
neralis misturatis stabulantib. ... dosi a 3ß ad
3ij in jusculo carnium. Sennertus dosim
extendendo. Hartmannus prad. cl. mi: proam
Tart: bimolatum: praestantem in Carolina
deferri. in morbis contumacibus et
chronicis digestionem et mitigationem re-
quirentibus, plurimum potest. Hartm: ibid
Ex Tartaro tartaro, maxime conveniunt humoribus melan-
cholicis terrestribus crassioribus, incidendis attenuandis
et obstructionibus pertinacibus expediendis; si ergo sit humor me-
lancholicus sit pontica acris, tenuis acidus, mistaq;
acidi penetrantioris et ignis seminaria qui potissimum
in hypochondriaci symptom: auctor est, stimulat humi-
hunc acre vesicq; temperabunt et stomachum inhibebunt.
— non semel melancholicorum ex hypochondriis auctoritia
mirifice exasperata fuisse ossa pubis Tartari quomodo
cura eschifica et essentiarum chalybeatarum observari:
etc. ibid Fritagius: Auror med: L. 1 c 8.

Species; diambræ, diamoschi dulcis, de gemmis, lætificantis Galeni.

Trochiſci; de abſynthio, capparibus, gallia moſcata, dialacca, eupatorio.

Olea deſtillata; aniſi, fœniculi.

Salia; abſynthii, fraxini, tamariſci.

PRÆPARANTIA CORPVS.

Corpus præparantia ſiue *aperientia* ſunt, quæ remouent impedimenta facilis purgationis, humorum videlicet craſſitiem, & meatuum obſtructionem: de quibus intelligendus aphoriſ. 9. ſ. 2. qualia ſunt attenuantia, incidentia & detergentia. *In genere* vocantur διακομματικὰ (quæ vox ad omnes internos ductus expediendos accommodari poteſt) aperientia, itẽ ἀνοφρακτικὰ de obſtruentia, ab vſu ſic dicta, quia meatus aperiunt, & infarctu liberant vias, per quas humores debent fluere: neque differunt à præparantibus humores re-ipſa; ſed tantummodò ſubiecto: ſolet enim quandoque accidere, vt humores etiam non crudi, vel præparati iam, minùs tamen feliciter euacuentur, eò quòd craſſi lenti humores adſint, vias intercludentes, per quas ducendus eſt humor peccans: vnde huius præparationis neceſſitas eluceſcit; quam etiam in morbis acutis & turgente materiâ requirit Gal. 1. aph. com. 24. præſente nimirum viſcidarum cruditatum copiâ. *In ſpecie* aperientia duplicia ſunt, *calida*, humoribus pituitoſis & melancholiæ naturali, vel *frigida*, bili craſſæ & melancholiæ aduſtæ conſecrata. Ca-

lida quidem repetenda sunt ex tabula præparantium pituitam & melancholiam naturalem: frigida verò ex tabula præparantium bilem crassam & melancholiam adustam. Inde ergo petenda.

Purgantia Proprie dicta.

Purgantia medicamenta vel *impropriè* sic dicuntur, vel *propriè*. *Illa ὑπακτικὰ*, lenientia, *hæc* speciatim Cathartica vocantur. *Lenientia* in quadruplici sunt differentia. *Alia* enim aluum turbant *lubricando*, quæcunque substantiâ suâ pingui & humectante intestinorum superficiem internam aliàs ficciorem vel asperam ita læuigant, vt fæces nequeant adhærere, qualia sunt *oleum amygdalar. dulcium, butyrum, iuscula pinguia carnium.* Alia dicuntur *abluentia* & *abstergentia*, quæ copiosâ humiditate fæces diluunt, & abluunt intestinorum superficiem. Talia sunt, *aqua sola, serum lactis, laç, beta, parietaria, brassica, spinachia*, & horum iuscula. Alia *comprimentia*, quæ vasa & intestina comprimendo, humores contentos exprimunt: hac ratione *cydonia* vltimâ mensâ sumta aluum laxant: sic plurimos vina cruda & acerba admodùm purgant, non certè aliâ, quàm vi adstringendi. Alia denique *erodentia*, quæ mordendo virtutem expultricem exstimulant, cuius generis omnia calida & acria, præterea tenuium partium sunt, item salsa nonnulla: sic auriga quidam non paucos febre diuturnâ laborantes, hausto vini exhibito, in quo manipulum salis priùs dissoluissent, libe-

Purgantia Compos: lib Hartmanno
enumerat: in praxi chymiatr.
pulv: Diaphoenic: Panchymagog: Crollij
Extract: Rhab: Extract Senn: Dosi
Drom: a ʒi ad ʒij
Extract: Mechoacanna
Extract: Esul: minorib
Extract: Ellebori nigri: dos: a ʒβ: ad 16.
Etiã ad 20
Rad Ellebor: p̃parata p phlegma vehiculi
vid praeparation: dos: a ʒβ: ad ʒi
Extract: colocynthidis.
Scamonea simul cũ Aceto laborata
aut extract: Scam p se simpliciter cũ
Aceto facta: dos: a gr: 8 ad 12.
Spus vitæ Aurum. Rulandi dosi ab ʒβ
ad ʒi vid descript:
Resina Scamonij: descript: dos: gr: 4: 5 aut
6 cũ ʒi tartar vitriolati exhibet:
Tart vitriolatus Scamonialis: descript
et virtutes vid.
hui plurimũ comendat author Crũno
ex Hartmanj.

l. quale etiã Butyrũ cuj admixtũ sit sebũ
Bubuli tantundẽ et umbilico illius. Vid
Solenandri sect. 5 Disl. 3. p. 452. l. 3.

liberauit : nam per vomitum & deiectionem purgati sunt magnâ violentiâ, qui hauserunt; hoc ferè modo cibi multùm saliti, aut aromatizati aluum purgant stimulando : eodem planè modò fiunt spontaneæ vacuationes : hoc pacto etiam pharmaca vmbilico imposita purgant : quale est vnguentum de arthanita. Et hæc omnia sunt impropriè purgantia, quæ quemlibet humorem obuium absque vllo delectu euacuant. *Propriè* autem dicta *purgantia*, non quemuis humorem, sed certum electiuè purgant. De quibus nunc agemus.

Purgantium propriè dictorum classes sunt quatuor: *Cholagoga, Phlegmagoga, Melanagoga, Hydragoga Cholagoga* sunt; *cassia, manna, tamarindi, succus rosarum, aloë, rhabarbarum, myrobalani, scammonea. Phlegmagoga* sunt; *carthamus, agaricus, turbith, hermodactyli, mechoaca, radix Ialap, colocynthis, opopanax, sagapenum, euphorbium. Melanagoga* sunt sequentia; *sena, polypodium quercinum, epithymum, helleborus niger, lapis armenus lotus, lapis lazuli. Hydragoga* denique sunt; *ebuli & sambuci semen, cortex, succus : soldanella, ireos succus, elaterium, esula præparata, mechoaca & radix Ialap.* Quibus annumerantur plurima alia obsoleta, quæ ab vsu recessêre, referenda potiùs ad impropriè dicta purgantia, vel præparantia humores: composita item, syrupi, electuaria, pilulæ purgantes, &c. quorum mentio facta in tractatu de Formulis præscribendis. In singulis autem prædictis purgantibus sex capita considerabimus. 1. *Genus.* 2. *Electionem* siue *notas* veri &

non adulterati purgantis. 3. *Qualitates* tùm primas, temperamentum scilicet; tùm secundas ac tertias, sub quibus etiam comprehendimus partes, quibus prosunt, & affectus, quibus resistunt; sexum item & ætatem, quibus conducunt. 4. *Corrigentia.* 5. *Dosin.* infimam, mediam, summam. 6. *Formam*, quâ commodissimè exhibentur; licèt postremum hoc methodum componendi magis sapiat.

Purgantivm I. Classis, in qua tractantur,

CHOLAGOGA.

Cassia.

Genus.

Cassia, (hoc loco) est fructus arboris cuiusdam Indicæ, Pyri magnitudine, foliis mali persicæ, floribus geniſtæ similibus, luteis, garyophyllum redolentibus. Fructus hic est siliqua oblonga, rotunda, nigrescens, exteriùs lignosa, interiùs repletà medullâ multâ & nigrâ, seminibus quoque multis, rotundis & planis, membranis ligneis & transuersis à se inuicem diuisis. Et appellatur *Cassia Arabum* ab inuentoribus, Actuario *cassia nigra*, aliis *cassia fistula* aut *siliquosa*, item *cassia solutiua*, ad differentiam *cassiæ Græcorum* & *cassiæ Poëtarum*. Nam *cassia græcorum* nihil aliud est, quàm *cinamomum* officinarum, vulgò *canella* dictum, & differentiæ gratiâ *cassia lignea* siue *cassia odorata* appellatur. *Cassia Poëtarum* est herba coronaria, quam

Theo-

Theophraſtus *Cneorum* appellat, cuius figuram proponit Matthiolus. Noſtræ caſſiæ pulpa tantùm eſt in vſu, quam *florem caſſiæ* & *caſſiam extractam* vocant; licèt Fallopius & Manardus cannæ quoque, & ſeminibus optimè contritis vim purgatoriam, eamque maiorem, quàm ipſi pulpæ adſcribant: quam ſententiam non probant Ant. Muſa, & Garcias ab Horto.

Electio.

Eligenda eſt fiſtula inſignis, recens, ponderoſa & plena, quæ ſc. concuſſa non reſonat, ſplendens, foris ac intùs in pulpa pinguis. Nec ante vſum extrahi debet, cùm diutiùs repoſita pulpa penitùs aceſcat.

Qualitates.

Quoad *primas* qualitates non multum eſt intemperata caſſia. Nam Auicenna lib. 2. cap. 197. ſcribit, eam in actiuis temperatam, in paſſiuis nonnihil humectare. Serapio l. ſimpl. cap. 12. eam conſtituit temperatam. Meſ. c. 6. ſimpl. nonnihil ad calorem accedere ſcribit. Ant. Muſa in exam. ſimpl. calidam humidamque ordine primo aut ſecundi initio. Quoad *ſecundas* qualitates, lenit admodùm, emollit, laxat: purgat bilem, pituitam, & ſanguinem purum reddit. Quoad *partes* & *affectus*, dicata eſt pectori ac pulmonibus, hepati, renibus ac veſicæ. Hinc vtiliter vſurpatur in pleuriticis, febribus ardentibus, iecoris intemperie calidâ, renum ac veſicæ ardore, calculo item: in gonorrhœa ex materia acri & ſemine bilioſo.

Quod ad *ætatem* & *sexum*, omni ætati tuta, & grauidis est vtilis.

Correctio.

Præter vtilitates recensitas hoc habet incommodi cassia, quòd flatulenta sit, aut nimis lubricet, aut tardæ sit operationis. Hinc nocet flatulentis, ventriculo debili & humidiori, aluoque nimis lubricæ minùs commoda, vlceribus etiam vesicæ ac renum infensa: eos item, qui aluo sunt difficili, non multùm iuuat, nisi vitia ipsius corrigantur. Corrigitur autem, *quatenus* flatulenta, *semin. anis. fœnicul. citri* ad ʒ ß. vel ʒ j. *quatenus* nimis lubricat, *puluer. cortic. myrobal. rhab. cinam. mastices*, maximè verò *semin. coriandr.* præparati: *quatenus* tardæ est operationis, acuitur opiatis vel tabulis purgantibus ad ʒ ij. vel ℥ ß.

Dosis.

Datur plerunque pueris ad ʒ iij. ℥ ß. Adultis ʒ j. ℥ j ß. ʒ ij. Prægnantibus aut etiam imbecillibus ʒ j. Si cassia cum canna assumitur, dosis eadem. Communis cassiæ & frequentissima dosis est ab ℥ ß. ad ʒ j ß.

Modus exhibendi.

Accipitur cassia formâ *boli* vel *potionis*. *Boli formâ* si assumatur, huius basis est cassia ad ℥ j. vel ʒ j ß. pro necessitate: additis corrigentibus, aut partem affectam respicientibus ad ʒ ß. ʒ j. vel acuentibus ad ʒ ij. ʒ iij. plùs minùs, & cum s.q. sacchari fiat bolus. v.g. In affectibus pectoris, ℞. *Cassiæ recenter extractæ* ʒ j. plùs minùs. *flor. sulphr.* vel alterius pectoral. puluer. ℈ j. vel ʒ ß. *sem. anis.* aut al-

alterius corrigentis ℈ ij. cum *sacchar.* fiat bolus. In febribus ardentibus, ℥. *cassiæ* ʒ j. v.g. *semin. citr.* pulueriſat. ʒ j. cum *saccharo* fiat bolus. In renum ac veſicæ affectibus præſcribitur *cassia* ad ʒ vj. cui adduntur *terebinth.* lotæ *aq. parietar.* ʒ ij. cum *puluer. liquirit.* & *sacchar.* ſ.q. fiat bolus. In gonorrhœa. ℥. *cassiæ* q.ſ. pro indicatione, & miſcentur cum ea quæ ſemen ſupprimunt, vt *corall. maſtic. bolus oriental. trochiſc. de carab.* ad ʒ ß. ℈ ij. & cum *saccharo* fiat bolus, optimum medicamentum. Si acuenda eſt vis caſſiæ, ℥. *cassiæ* ʒ vj. ʒ ß. opiat. vel tabell. purg. v.g. *diaprun. laxat.* vel *electuar. de succ. roſar.* ʒ ij. ʒ iij. *ſem. coriandr. præpar.* ℈ ij. cum *sacchar.* fiat bolus. In iis, qui lubricâ ſunt aluo, adduntur alia purgantia roborandi & adſtringendi vi prædita. v.g. Ad *cassiæ* ʒ j. ſume puluer. *rhab.* vel *cortic. myrobalan.* ʒ j. cum alicuius ex corrigent. ʒ ß. & fiat cum ſaccharo bolus. Quòd ſi *formâ potionis* aſſumatur, ſumendus erit aliquis liquor, in quo poſtea diſſoluenda eſt caſſia. Liquor autem vel eſt aq. deſtill. v.g. *acetoſ. end. cichor.* vel decoctum ex plantis idoneis. Sume v.g. *caſſiæ* ʒ j ß. quam diſſolue in ſ.q. liquoris, fiat potio. Hodiè Lutetiæ caſſiam exhibent ex infuſione, qui modus eſt omnium optimus: quia caſſia in formâ boli ingrata eſt ob nimiam quantitatem, diſſoluta verò cum liquore idoneo, potiones nimis reddit ſpiſſas. Proinde fatius eſt, ſi caſſia infundatur in aliquo liquore in loco calido, & in infuſi colati ſ.q. diſſoluatur, ſi opus aliud quoddam catharticum, & ita exhibeatur. v.g. in febribus ardentibus, ℥. *aq. acetoſ.* q.v.

in qua infunde *cassiæ recent.extr.* ℥ j ß. vel minùs. In colaturæ ſ.q. diſſolu. *electi de ſucco roſar.* ℥ ij. plus minùs, fiat potio.

MANNA.

Genus.

Manna vox ambigua eſt. Vel enim de manna thuris intelligitur, quæ nihil eſt aliud, quàm micæ thuris concuſſu eliſæ, dum conuehitur, vel mannæ voce intelligitur ros condenſatus. Hoc loco poſteriorem mannam intelligimus. Huius variæ quidem ſunt differentiæ à prouinciis petitæ, ea tamen in officinis vſitata eſt, quæ communiter *Calabrica* nominatur: quia in Calabria circa canis ortum, ex Fraxino & Orno, ab incolis in vſum medicum colligitur, quæ duplex, *granata*, quòd minoribus granis conſtet, & *maſticina*, quæ maioribus, & maſtices guttis propè æqualibus. Illa *manna foliorum* appellatur, quòd ex foliis colligatur: hæc *corporis*, quia ex ramis arboribus habetur. Eſt autem hæc manna cœleſtis omninò, h.e. cœlitùs delapſa foliis inſidet, non autem gummi inſtar ex arbore exudat & concreſcit, vt voluit Altimarus & Monachi, qui in Meſuem ſcripsêre: quia non ſolùm in arborum foliis ſpectatur, ſed etiam in pratis, adeò vt fœniſecæ, ob mannam à Sole ſolutam, falces ab herbis nequeant explicare. Quòd verò ex Fraxino tantùm & Orno colligatur, in cauſa eſt occulta poteſtas Fraxini ad mannam, quę ſola mannam in ſe cohibet ac condenſat, cùm

ex re-

ex reliquis arboribus eadem instar mellis statim defluat in subiectas herbas.

Electio.

Eligenda candida, recens, anno non vetustior: (rufa enim & fusca inueterata est,) rotunda, cuius grana disrupta non sunt spongiosa, nec cinericia, sed solida & alba.

Qualitates.

Auicenn. & Mes. temperata. Auerrhoi calida & humida. Aperit, emollit, læuigat. Aluum blandè mouet: bilem educit, & serosos humores purgat. Asperæ arteriæ & thoraci dicata. Hinc vtiliter vsurpatur in febribus hecticis, siti extinguendâ. In febribus ardentibus minùs prodest, ob dulcedinem, quam propter facilè in bilem mutatur. Vtero gerentibus & pueris tutò exhibetur.

Corrigentia.

Corrigitur, quia flatulenta, *cinamom. anisi* vel *zingib.* momento: quia tardæ operationis, acuitur *syr. rosar. solut.* vel decocto purgante leuiter: quidam addunt *diagrid.* gran. ij. iij. iiij.

Dosis.

Ab ʒ j. ad ʒ ij. ʒ iij. communiter ʒ j ß. Pueris ʒ j. Mes. à ʒ vj. ad ʒ xv. sed fortè intellexit mannam optimam masticinam.

Formula.

Exhibetur *formâ potionis* dissoluta aut in iure pulli gallinacei, in quo vix percipitur: aut in serolactis, aut in decocto aliquo, aut in aquâ conuenienti. In colicis cum oleo amygdal. cui ali-

quid addendum vini maluatici. Aliquando mandenda præcipitur.

TAMARINDI.

Genus.

Tamarindus est fructus arboris cuiusdam Indicæ, quem Arabes ad genera palmularum siue dactylorum referunt, ac si esset palmæ sylueſtris Indicæ fructus, q. d. dactylus Indus siue palmula Indica: *tamar* enim eorum linguâ, *dactylum* siue *palmulam* denotat. Verùm hunc fructum non propriè vocarunt dactylos, quasi eius arbor è palmatum esset generibus, aut similis palmæ, sed respicientes ad similitudinem fructus, qui etiam osſicula in se continet, sicut dactyli, cùm aliud nomen aptius non inuenerint. Cæterùm huius fructus pulpa tantùm est in vsu abiectis nucleis.

Electio.

Optimi sunt tamarindi, qui sunt pingues, ex obscuro rubentes, acidi & molles: vnde Oxyphænica dicuntur.

Qualitates.

Frigidi sunt & sicci ordine secundo Mesuæ: & quidem intenso Brasauolæ: Auerrhoi autem tertio. Leniunt humores præassatos, ac demulcent bilem. Aluum cient, & bilem soluunt. Proinde vtiliter vsurpantur in vomitu, siti extinguenda, insania, obstructis, hydropicis, arquatis & lienosis. Faciunt etiam ad omnes cutaneas exulcerationes à sanguine præassato, scabiem videlicet, lepras, vitiligines & lichenas.

Cui-

Correctio.

Nocent frigiditate suâ ventriculo frigido, & tardæ sunt operationis. Proinde corriguntur *maci, mastice, cinamom.* vel *spica.* Acuuntur, *fero caprino, succo fumar.* vel *lupulor. manna* vel *cassia.*

Dosis.

Ab ʒ j. ad ʒ ij. ʒ iij. quæ variat ratione modi exhibendi.

Modus exhibendi.

Exhibentur *forma boli* vel *potionis. Forma boli* si exhibendi, tunc eorum substãtia pistillo subacta, per setaceum cribrum eliquatur, & postea additis corrigentibus, (dosi in cassia dictâ,) cũ *saccharo* fiat bolus. At plerunq; non soli tamarindi exhibẽtur, sed ad *pulpæ tamarindor.* ʒ ß. additur *cassiæ* ʒ j. & additis corrigentibus, vt dictũ, cum *cassia* fiat bolus. *Potionis formâ* vsurpantur in *infuso* vel *decocto. Infusio* fit ita. Macerantur in aqua endiuiæ ad horas tres, postea expressione factâ, cum saccharo exhibetur colatura. *Decoctum* ita fit. ℞. *Tamarindor.* ʒ j. coq. in *seri lact.* vel iuris alterati *lupulo* vel *fumariâ* ʒ x. ad cõsumtionẽ ʒ ij Colẽtur per linteum densũ. Cape de colatura ʒ ij. ʒ v. ʒ vj. cũ *saccharo* fiat potus. *Dosis* de coctio & infusi eadẽ est, ab ʒ ij. ad ʒ v. ʒ vj.

SVCCVS ROSARVM.

Rosæ, in officinis vsitatæ
- Albæ
  - *Vulgares.*
  - *Moscatæ.*
- Puniceæ, siue rubræ.
- Pallidæ, siue incarnatæ.

Genus.

Est succus elicitus ex rosis pallidis siue incarnatis, vel etiam albis, non vulgaribus tamen illis, quibus passim roseta florent, verùm Damascenis siue moscatis.

Electio.

Melior est succus ex rosis moscatis siue Damascenis vocatis, quàm pallidis: præterea succus rosarum completarum quoque melior est.

Qualitates.

Hic succus calidus est & siccus primo gradu: etsi rosæ frigidæ sint primo & siccæ secundo: ratio secundùm Mes. quia est à substãtia terrestri & frigida secretus. Discutit, abstergit, deobstruit: purgat bilẽ & aquas citrinas maximè: menses mouet: quare grauidis non propinatur. Hepati ac cordi confert: hinc obstructioni hepatis, & palpitationi cordis opem fert, febribus item biliosis: [purgat enim humores causãtes hos affectus.] Viscera purgando simul corroborat: & nulla in eo malignitas.

Dosis ac *Modus.*

Ab ʒ j. ad ʒ ij. cum aqua saccharata, aut secundùm Mes. cum sero lactis aut melle, exhibendo ʒ j. succi ros. cum seri lact. ʒ ij. ʒ iij. Apud nos verò paratur infusio rosar. pallidar.; ex hac verò syr. ros. solut. simplex (Mucharum) & compositus, item mel rosar. solut.; ex succo verò paratur elect. de succo rosarum; sed rubrarum.

Rhabarbarvm.

Genus.

Per antonomasiam sic vocatur radix quædam

in si-

insignis populi Barbari seu Indici, vel prouinciæ cuiusdam Barbaræ, Troglotidicæ dictæ, sed malè. Nam vt autor est Garc. ab Horto lib. 1. c. 37. & Linscot. part. 4. Ind. orient. cap. 29. nullum est rhabarbaricum aut Indicum, sed solummodò Chinense; quia nullibi, nisi in China, prouenit: vnde per Tartariam Ormuz defertur; & hinc in Indiam, aciterum per Tartariam in Turciam, hinc Venetias; vnde reliqua regna Europæ petunt. Radix hæc Dioscoridi & Galeno ignota fuit, vnde malè quidam rhaponticum Dioscoridis & Galen. cum nostro rhabarbaro confundunt: nam rheum Dioscor. non habet vim purgatricem, & notis veri Rhab. caret. Rhabarbarum enim substantiâ compactum est, ponderosum & aridum, sapore amarum, odore acre: colore exteriùs subnigro ac rufescente, intùs ex rufo flauescente, & ad nucis moscatę colorem internum accedente, ac maceratum vel manducatum tingens croceo colore. Rhaponticum non est compactum, sed rarum; non ponderosum, sed leue; non aridum, sed lentum: non amarum, sed subacre; non odoratum, nec colore simile rhabarbaro. Neque etiam pseudorhabarbarum illum monachorum, seu hippolapathum Dioscoridis cum hoc nostro debet confundi, nam huic genuini Rhabarbari vires non sunt.

Electio.

Eligendum est rhabarbarum, quod ad notas prædictas quàm proximè accedit.

Qualitates.

Calidum & siccum est ordine secundo Mesuæ.

Quod tamen ſimpliciter & citra diſtinctionem intelligi nequit: nam ex eodem Meſue Rhabarb. duplici conſtat ſubſtantiâ; craſſiore vnâ & adſtringente, quæ aquea eſt & terrea: alterâ tenuiore, quæ aërea eſt, & ignea. Ob duplicem hanc ſubſtantiam miſtam habet temperaturam, & conſequenter etiam miſtas facultates. Ratione enim tenuioris ſubſtantiæ facultatem habet purgandi bilem & pituitam, ac deobſtruendi, ratione craſſioris ſubſtantiæ purgando ſimul adſtringit. Si *partes* ſpectes, hepati maximè dicatum eſt remedium, quod maximè confortat, vnde à nonnullis anima hepatis, & theriaca hepatis vocatur. Quoad *affectus*, confert omnibus affectibus ab obſtructione natis, E.G. Ictero, hydropi, tumori ſplenis, febribus putridis diuturnis, dolori hypochondriorum punctorio, ratione ſc. tenuioris ſubſtantiæ. At ratione craſſioris & adſtringentis ſummè inſuper confert vomitioni, lienteriæ, dyſenteriæ, ſputo cruento, ſanguini vndecunque erumpenti, ruptis & contuſis. Nocet tamen iis, qui pariuntur ardorem vrinæ, quem auget, quia diureticum eſt ac veſicam petit. Omni etiam tempore tutò datur, ac ex morbo conualeſcentibus.

Correctio.

Corrigitur ipſius tarditas *cinam. ſchœnanth.* ad ℈ß. ℈ j. *ſpica* ad gr. iij. iiij. pro ʒ j. rhabarb. ab hac tamen abſtinendum in grauidis, febribus, & iis, qui facilè vomunt. Quidam corrigunt *maſtice*, ſed præſtat Rhab. primùm irrorare aquâ vitæ, & poſtea infundere liquoribus conuenientibus.

Dosis.

In substantia exhibet Mesa ʒ j. ad ʒ iiij. in infuso à ʒ j ß. ad ʒ iij. Hodiè in substantia nullus exhibet vltra ʒ j. vel ϑ iiij. in infuso ratò adscendimus ad ʒ ij. nunquam ad ʒ iij.

Modus exhibendi.

Datur vel in *substantia*, vel in *infuso* aut *decocto*. *In substantia*, vbi adstringendi simul consilium est, & vbi maiore adstrictione opus, rhabarbarum insuper torrefieri debet. In *infuso* aut *decocto*, vbi magis animus est purgandi: nam macerando vis purgatrix tenuior in humorem transfertur, adstringens verò & terrea remanet. *Substantia* ipsius variis modis exhibetur. 1. *Formâ pilularum*: sic plures sunt massæ pilularum officinalium recipientes rhab. vt *pilul. aggreg. pil. de tribus*, & *pil. sine quib. pilul. de rhab. Mesuæ.* 2. *Formâ potionis*, soluendo puluerem *rhab.* in liquore idoneo, putà iusculo, *sero lactis caprini*, aq. destill. conuenienti, vt *plantag. apii, intybi, vino albo*, additis corrigentibus, interdum etiam *syrupo ros. solut.* ℞. v. g. liquor. ʒ ij. plùs minus, *rhab.* ʒ j. ϑ iiij. corrigent. ϑ ß. ϑ j. syr. ros. solut. ʒ j. Fiat potio. 3. *Forma boli*: miscendo puluerem ipsius cum *cassia*, *passul. carit.* *saccharo rosaceo*: vel cum *succo rosar.* aut *syrup. rosar solut.* cum pauco *cinamom.* & *sacchar.* in consistentiam boli, quem Solibus æstiuis parùm fermentari permittimus. 4. *Forma rotularum*, pro pueris. ℞. *Rhab.* ϑ j. cum *sacchar.* solut. aq. conuen. s. q. fiant rotulæ, quas pueri facilè comedent. 5. *Forma placentularum*, etiam pro pueris, rhabarbaro melle sub-

acto & cocto ad consistentiam placentæ. 6. *In forma cydoniati* miscendo rhab. cum diacydonio inter coquendum. Vel sume malum cydonium & diuidatur, ac sublatis loculamentis & cellulis seminum imple cauitates puluere *rhab.* vel *sena*, aut *cartham.* aut *agarici:* deinde vniantur partes & papyro inuoluantur, coquantur in clybano vel foco ad tabem: hinc soluatur, & abiectis medicamentis pulpâ manducetur. *Infusum* rhabarb. etiam variè exhibetur. 1. Communiter *rhab.* cum corrigent. maceratur in liquor. idonei s.q. vel ℥ ij. ℥ iij. &c. & posteà exprimitur: expressum sumitur, vel in eo insuper dissoluitur *syr. ros. solut.* ℥ j. aut *electuar. de succo rosar.* ℥ j. ℥ j ß. &c. fiat potio. 2. *Formâ placentularum* pro pueris, sumendo infusionem ipsius, addendo farinam vel puluerem panis, quibus simul mixtis fiat pasta, ex qua formantur placentulæ. 3. *Vel* hac ratione pro delicatulis. ℞. *Rhab. puluerisat.* q.v. infunde in *aq. vitæ* ad extantiam iiij. digitorum, in B. M. per quatriduum, coloratum vinum effunde, & nouum infunde, idque toties, dum color nullus reddatur. Infusionem hanc destilla, & ad restibilis succi in fundo ℥ j. adde *ol. cinamom.* ♁ ij. Pro infantibus ac prægnantibus pretiosum ac innoxium. *Dosis* ♁ j. cum vini albi cochleari. *Decoctum Rhabarb.* paratur coquendo ex tempore Rhabarb. cum corrigentibus in liquoris idonei s.q. posteà exprimendo: expressum deinde sumitur, vel in eo insuper dissoluitur *syr. rosar.* vel *electuar. de succo ros.* vt suprà.

Aloe.

ALOE.

Genus.

Aloë est succus concretus plantæ cuiusdam, quam describit Dioscorides lib. 3. cap. 21. quæ foliorum effigie sedum maius refert, & ob viuacem eius naturam semperuiuum marinum à quibusdam vocatur. Eius duo sunt genera: *aloë caballina*, sic dicta, quòd veterinarii ipsâ vtantur ad purgandos equos, asinos, mulos; & *aloë hepatica*, quòd hepatis modo coacta sit, cuius differentia laudatissima est *succotrina*, sic dicta, non à succo citrino, vt voluit Fuchsius l. 1. d. compos. medic. c. de aloe, sed à solo natali Socotra Insula: hinc nõnulli succotrinam peculiarem differentiam constituunt, distinctam ab hepatica; cùm differant tantùm gradu bonitatis.

Electio.

Eligenda est aloe succotrina: nam caballina est tantummodò fæx & sedimentum aloes, hepatica verò deterior est succotrinâ. Notæ verò optimæ aloës sunt *substantia*, *pondus*, *color*, *odor*, *sapor*, in quibus singulis conditiones quædam spectandæ. *Substantia* ipsius debet esse solida, ac hepatis modo coacta, friabilis tamen, & facilè liquescens, si in aqua ponatur, non arenòsa, sed pinguis ac læuis. *Pondere* leuis est, quoque leuior, eò præstantior, quia indicatur ex leuitate, non esse admixtam arenam. *Coloris* est subflaui vel rufi, pellucidi & transparentis; opaca enim & obscura signum est vetustatis. *Odoris* est boni, ad

odorem myrrhæ inclinantis. *Saporis* ſecundùm Galen. parum adſtringentis & multum amari.

Qualitates.

Calida eſt ordine ſecundo remiſſo vel primo intenſo, & ſicca tertio, ſecundùm Galen. quamuis, eodem autore, non ſimplicis, ſed miſtæ ſit naturæ: nam modicè etiam adſtringit, licet valdè amara ſit. Quoad *ſecundas* qualitates, intùs ſumta habet vim aperiendi orificia venarum, & abſtergendi partes, quas permeat: ob id vitanda his, qui hæmorrhagiæ obnoxii ſunt ex ore, aluo, vtero: hinc noxia prægnantibus. Purgat bilem & pituitam craſſam: bilem ſuâ ſubſtantiâ: craſſos verò & pituitoſos humores vi ſuâ abſterſoriâ; ſed vltra hepar non aſcendit ipſius vis; euacuat enim tantùm ex primis venis. Galen. 8. compoſ. med. local. in hieræ mentione. Quoad *partes*, ventriculo maximè dicata eſt ſi quicquam aliud, inquit Galen., & Meſue ipſi prærogatiuam tribuit ſuper omnia purgantia in ventriculo roborando. Prodeſt etiam capiti per conſenſum ventriculi affecto, oculis item & hepati. Quoad *affectus* & morbos, vtiliſſimè adhibetur in nauſea, cruditate, lumbricis, ictero, cachexiâ, lippitudine, ſomno turbulento citra febrem, &c. *Temperaturis* prodeſt frigidis & humidis: ſiccis verò, vt bilioſis, iuuenibus & ſenibus, aut extenuatis, vt hecticis, nocet, niſi quum ingens eſt humidorum excrementorum prouentus. Hinc etiam ventriculo ac hepati calido ſicco, & frigido ſicco obeſt. Febricitantibus quoque cautè adhibenda.

Cor-

Correctio.

Tria sunt in aloe, quæ correctione egent. 1. Quòd tardæ sit operationis. 2. Quòd debilis sit operationis. 3. Quòd anastomotica est, & orificia venarum aperit. Primum incommodum corrigendum est, additis aromatibus essentiæ tenuioris & acribus, vt sunt, *macis, nux moscat. garyophylli, cinamom. spica nard. calam. aromat. cubeb. schœnanth. crocus.* Alterum incommodum corrigitur à Ruffo quidem additâ *terebinthinâ*, vel aliâ resinâ acriore: Mes. verò admiscet alia purgantia, vt *colocynth. turbith.* & similia: Recentiores verò abluunt eam in decocto rhabarb. vel infusione rosar. & sic reddunt robustiorem. Tertium vitium corrigitur commiscendo *masticem, tragacantham, bdellium* & similia. Vel abluendo eam aquâ endiuiæ aut cichorii: quia hæc simplicia frigida & humida bonam partem substantiæ medicamentosæ illi lotione subtrahunt. Recentiores omnem noxam aloes corrigunt sequentibus præparationibus. 1. Quidam ita præparant. ℞. *Aloës* ℔ j. *aceti rosac.* part. ij. *aqu. rosar. odoratiß.* part. j. amborum sc. q. s. Bulliant simul bis vel ter, colentur ac exprimantur. Quod colatum est & expressum lento igne semper agitando, coquatur ad pristinam aloes consistentiam, ac reseruetur in vsum. 2. Alii aloem succotrinam infundunt in succis quibusdam, v. g: *borraginis, bugloss. violar. rosar. rubr. cardui-benedict. veron. chamæpyth. camomill.* solis vel mixtis inuicem; sumendo ℔ ß. *aloës*, succorum ℔ j ß. vel plùs etiam, exprimendo postea & co-

quendo ad ſpiſſitudinem. 3. Alii puluerem aloës nutriunt *ſero lactis*, *ſucco roſar.* vel *endiu.* & ad Solem vel fornacem, aut in B.M. exiccant: exiccatam iterum in puluerem redigunt, nouum ſuccum affundunt, ac denuò ſiccant: tandem tertiò vel etiam ſæpiùs nutritam & pulueriſatam aloem nouo ſucco imbuunt, & in conſiſtentiam redactam, vel omninò exiccatam, vſui reponunt. 4. Alii denique parant eam in formam *extracti*. ℞. Aloes ſuccotrin. q. v. affunde *ſpiritus vin.* vel *aqu. end. acetoſ.* q. ſ. maceretur in B.M. donec liquor coloretur, qui deinde ſeparetur per inclinationem, & recens affundatur, toties reiterando, dum nullum ampliùs colorem liquor affuſus reddat. Tandem omnis humor collectus & tranſcolatus, redigatur in conſiſtentiam extracti exhalatione vel deſtillatione. Seruetur ad vſum.

Doſis.

A ʒ j. ad ʒ ij. Meſ. Infuſa ab aureo vno, h. e. ʒ j. ad ʒ i j. cùm ſc. purgandi conſilium eſt: quòd ſi tantùm aluus ſoluenda, exhibetur à ϑ j. ad ʒ j. conſideratis tamen conſiderandis.

Formula.

Exhibetur 1. *Formâ potionis* in decocto aromatum ſuprà dictorum aut ſero lactis macerata & expreſſa, ſed hæc forma propter nimiam amaritudinem reſpuitur, niſi in affectibus ſoporiferis ad facultatem ſopitam excitandam. 2. *Forma electuarij*, vt in hiera picra Galeni. Sumendo ſc. aloem cum ſuis corrigentibus, & cum melle coquendo in conſiſtentiam electuarii. *Aloës* ſunto par-

partes tres, corrigentium vna, *mellis* triplum vel quadruplum ad puluerem. 3. *Forma pilularum*, idque vsitatissimè: sic omnes ferè pilulæ officinales aloem recipiunt. Pilulæ autem ex aloe variè formantur, pro varia aloes præparatione. Quòd si enim veterum more corrigatur & præparetur aloe, sumuntur eius part. ij. corrigent. pars j. & cum idoneo succo vel liquore formatur massa pilular. Ita fiunt *pilula de aloë lota* incerti autoris, ex aloes succo ros. lot. ʒ j. agar. trochisc. ʒ iij. mastic. ʒ ij. spec. diamosch. dulc. ʒ ß. cum vino maluatico. Quòd si verò ex recentiorum sententia præparetur, tunc vel ex ea præparata sola ac per se possunt formari pilulæ, cum aliquo liquore, si opus: sic ex aloe rosata formantur cum vino pilulæ, ex ʒ j. quot voles: vel insuper poterit addi succus aliquis inspissatus, vel alius liquor, cum corrigentibus aut dirigentibus, & formari pilulæ, quarum dosis à ϑ j. experiundo ad ʒ j. vel plùs. Ita parantur pilulæ Angelicæ dictæ.

MYROBALANI.

Genus.

Myrobalani sunt prunorum quædam genera, quæ Auicennæ & Serapionis interpres Myrobalana vertit, citra rationem. Nam Myrobalanos significat nucem vel glandem vnguentariam, ex qua oleum ad pretiosa vnguenta exprimitur, de qua Dioscor. lib. 4. cap. 154. At nostra Myrobalana nec glandium ideam referunt, nec pretiosum vnguẽtum redolent. Sunt autem eorum quinque

genera in officinis vsitata, à diuersis arbotibus producta: *citrinæ*, *chebulæ*, *indæ*, *emblicæ*, & *bellericæ*: quarum cortex tantùm in vsu. *Citrinæ* dicuntur à colore citrino, corticem habent paruum ac tenuem, nucleum magnum. *Chebulæ* maximæ sunt omnium & longissimæ, rugosæ & angulosæ, paruum habentes nucleum. *Indæ* paruæ sunt & valdè nigræ. *Emblicæ* fragmenta potiùs sunt quàm integra pruna. *Bellericæ* rotundæ sunt instar gallæ, corticem ac nucleum crassum habentes.

Electio.

Citrinæ commendantur, quæ in viridi flauescunt, ponderosæ vel graues, quia carne multâ & densâ infarctæ, gummosæ, si frangantur, ossis exigui. *Chebulæ* præstant, quæ præ cæteris crassiores, colore nigro purpurascente, & quæ in aquam deiectæ fundum quàm citissimè petunt. *Indæ* excellunt, quæ maximè nigricant, crassæ, ponderosæ, nullo intùs osse, & quæ confractæ in vnum compactæ cernuntur. *Emblicæ* laudantur, quæ in maiora, crassiora, densiora & ponderosiora frusta diuiduntur, & quæ minus ossis quàm pulpæ habent. *Bellericæ* optimæ sunt magnæ, multa & densâ carne, graues, & quibus crassus sit cortex.

Qualitates.

Myrobalani omnes frigidæ sunt primo, & siccæ secundo gradu, exceptis emblicis, quas Mes. dicit, frigid. & sicc. in primo tantùm gradu sed intellige admodùm intenso. Vnde quoad *secundas qualitates*, omnes purgando simul adstringunt;

gunt: hinc fluxionibus omnibus dicatæ, & hæmorrhoidibus conferunt. Ventriculo, cordi, ac iecori dicatæ. In ſpecie autem *citrinæ* ſunt Cholagogæ, *Indæ* melancholiam ducunt & exhilarant. *Chebulæ* & *emblicæ* phlegmagogæ ſunt. *Bellericæ* ea omnia poſſunt, quæ priora.

Correctio.

Corrigitur adſtrictio ipſorum additis aperientibus & vrinam cientibus, vt ſunt ſem. odorata: vel ſi fricentur & inungantur *oleo amygdalar. dulc.* vel *buryro*, dum attenuantur & comminuuntur.

Doſis.

Puluer. ʒ ij. Decocti aut infuſi ℥ ß. ʒ vj.

Modus.

Exhibentur vel *conditæ*, vel in *infuſione* aut *decocto*. *Conditæ*, ſi roborandi conſilium, ſumendo pluribus diebus vnam à cibo. In *infuſo* vel *decocto*, vbi magis vacuandum. Coquuntur autem vel infunduntur in aqua, iure, ſero & vino ad ʒ vj. per ſe, vel ℥ ß. cum aliis, additis corrigentibus. In expreſſione dein alia ſoluuntur, vt dictum, in Rhabarbaro.

SCAMMONEA.

Genus.

Eſt ſuccus concretus plantæ eiuſdem nominis, qui ex inciſa radice lactei ſucci plenâ colligitur & reſeruatur. Cuius variæ ſunt differentiæ ratione loci natalitii apud Dioſcoridem, Plinium & Meſuem: optima tamen eſt Antiochena.

Electio.

Notæ optimi Scammonii ſunt *ſubſtantia*, *pondus*, *color*, *odor* & *ſapor*. *Subſtantiâ* leue eſt, ratũ & fungoſum, inſtar ſpongiæ tenuiſſimis foraminibus ſeu fiſtulis: friabile ac tenerum, pulueratu facilimum, ac citò liqueſcens. *Pondere* quàm leuiſſimum Plinio. *Colore* ſplendidum ac nitidum: inſtar gummi, tranſlucens inſtar glutinis taurini: cùm frangitur, fuluum, linguæ verò affricatum, vel aquâ dilutum, lacteſcens. *Odore* non tetro, licèt non ſuaui. *Sapore* inſipidum, neque vehementer linguam excalefaciens, quod admiſti tithymali argumentum eſt.

Qualitates.

Temperamento calidum eſt & ſiccum ſcammonium, & quidem ordine tertio ſecundùm Meſuem, ac proinde calidis & ſiccis naturis nociuum. A cuius tamen ſententia cogimur diſcedere; nam ſi legitimum ſit ſcammonium, nec tithymali ſucco adulteratum, ſtatuendum potiùs calidum & ſiccum moderatè, quandoquidem nec acre guſtu, nec amarum, vt malè ſentit Meſ. ſed potiùs inſipidum. Purgat à partibus remotis bilem tenuem, aquas citrinas & ſeroſos humores confertim; magnâ enim trahẽdi facultate eſt præditum. Hinc ſi paulò largiore copiâ ſumatur, humores acres confertim attracti & prolapſi in inteſtina, grauia inducunt ſymptomata; nam acrimonia ſuâ inteſtina abradunt, vnde tormina, dyſenteria & teneſmus: venarum item orificia aperiunt, vnde immoderatæ alui fluxiones nonnunquam ad

ſan-

ſanguinem vſque: prætereà flatus quoſdam mordaces expirant, quibus cor, hepar & reliqua viſcera conturbantur, & ventriculus vſque adeò laceſſitur, vt ſumentibus nauſeam concitet: denique acrimoniâ ſuâ ſpiritus corporis inflammant, hinc febres facilè excitantur. Quæ omnia ſymptomata Meſ. & alii propriæ ſcammonii naturæ adſcribunt, cùm potiùs humoribus mordacibus, quos propriâ quâdam facultate confertim attrahit, accepta ſint ferenda, quandoquidem purum ac legitimum ſcammonium talem naturam non habeat, qualem ipſi attribuunt.

Correctio.

Corrigitur ſcammonium, quia creditur prædicta ſymptomata per ſe excitare, cum adſtringentibus, refrigerantibus, lenientibus, cardiacis, hepatios, ſtomachicis: ex quibus variæ fiunt præparationes ſcammoneæ, quas videre licet apud Meſuem. Vſitatiſſima tamen correctio fit cum *ſucco cydonior. cortic. myrob. citrinor.* & *maſtice*, ex quibus ſ. a. fiunt trochiſci: ad ℔ j. *ſcammon. electi* ſumuntur *cortic. myrobalan. maſtic.* aã ℥ ß. *ſucci cydon.* ℔ ß. & ℥ ß. fiant trochiſci. Vel ſcammonium tritum in malo cydonio excauato, & paſta obuoluto, coquitur in clibano aut prunis. E pomo refrigerato ſcammonium eximitur & vſui reſeruatur. Vera autem ſcammoneæ præparatio fit cum ſucco limonum depurato, in quo diſſoluitur in B. M. & feruens adhuc per linteum tranſmittitur; quo pacto craſſa & impura eius ſubſtantia, quæ non niſi noxam parit, ſecernitur. Scammo-

nium ſic præparatum ac correctum appellatur Diagrydium.

Doſis.

Doſis præparati ſcammonii, h.e. diagrydii à gran.vj.ad gr.xij.ℑ j.Meſ.à gr.v.ad xij.Dioſcor. & Ruffus vſque ad ʒ j. Paulus & Aetius vſque ad ℑ ij. Quicquid ſic, Græcorum ſcammonium fortè mitius erat, nec vt hoc tempore ſucco tithymali adulteratum: ſtandum itaque potiùs in doſi Meſuæ, quàm Græcorum: vt doſis infima ſit gran.v. vel vj. media gr.xij. ſumma gr.xv. vel ℑ j.

Vtendi modus.

Vſurpatur diagrydium, *formâ potionis*, *boli*, *electuarii*, *pilularum*, *pulueris*. *Potionis forma* exhibuit Dioſcorid. cum aqua pura vel multa. Elegantiùs hodiè cum *ol. amygdal. dulcium*, aut *ſyr. roſ. ſolut. ſimplic.* & *aqua deſtill.* conuenienti. ℞. v.g. *ſyr. roſ. ſolut. ſimplic.* ʒ j. *diagrydij* gr. vij. plùs minùs, cum *aquæ cichor.* ſ.q. fiat potio. *Bolus* conficitur ex *Diagryd.* gr.xij.xv. cum *conſeruæ roſar.* ʒ ij. & *ol. garyophyl. deſtillat.* gutt.iiij. gratiſſima purgatio. *Electuarij forma* vſurpatur in *electuario de ſucco roſarum* & *diacydonio lucido purgante*, cuius vtriuſque doſis ad ʒ iij. quamuis *elect. de ſucco roſar.* per ſe non vſurpetur ferè, ſed diſſolutum aquâ deſtill. conuenienti in formam potionis. Fit etiam iucundiſſimum elect. ex mucilaginis pomorum duplo ad ſaccharum, cocto ad conſiſtentiam iuſtam: addendo deinde infuſum ſcammonii hac proportione, vt ʒ j. elect. recipiat ʒ j. infuſi: iterum dein coquendo ad iuſtam cõſiſtentiam fiat elect. inſtar diacydon.

Doſis

Dosis ad ʒ iij. Infusum autem scammoneæ fit in aqua vitæ, quod dein per chartam emporeticam traiicitur. *Pilular. formâ* vsurpatur cùm in multis massis pilular. officinal., tùm etiam formando pilulas magistrales, ex diagrydii certâ dosi, v.g. gr. viij. ix. xij. cum succo vel syr. idoneo. *Puluis* denique ex diagrydio sic fit. ℞. *Cremor. tartar.* ϑ ij. vel ʒ j. *diagryd.* gr. vij. vel plùs pro indicationibus, M ß. fiat puluis, qui sumatur in iusculo.

PVRGANTIVM II. CLASSIS, in qua tractantur,

PHLEGMAGOGA.

CARTHAMVS.

Genus.

Est semen cnici satiui, cuius medullâ tantùm ad purgationes vtimur; proinde etiam in receptis vulgò præscribitur medulla seminis carthami contusi.

Electio.

Melius est semen, quod est album & planum, crassum & plenum: cuius medulla est vnctuosa & pinguis, & cortex tenuis.

Qualitates.

Mesuæ calidum 1. & siccum 2. [Galenus & Paulus calefacere dicunt in tertio, si quis extrinsecùs vtatur.] Purgat pituitam & aquas mitè, flatus discutit; proinde colicis & anasarcæ confert. Thoraci & pulmoni studet; sed ventriculo aduersatur.

Corrigentia.

Corrigitur, quatenus lædit ventriculum, ſtomachicis, qualia ſunt *aniſum, cinamom. galanga, maſtix*, & ſimilia, quatenus tardæ eſt operationis, additis acribus, vt *cardamomo, zingibere, ſale gemmæ.*

Doſis.

Ab ʒß. ad ʒ vj. ℥j.

Modus.

Exhibetur rarò extra compoſitionem officinalem *diacarthami* in liquido ac ſolido. Apud Meſuem tamen ex ſua & aliorum ſententia vſurpatur, 1. *Formâ pilularum*, formando ex *medulla cartham.* ʒx. cum *cardamom.* ʒj. pilulas inſtar ciceris, & dando ʒv. pro vna doſi. 2. *Forma ſyrupi* melliti, oxymellitis ſc.; *medulla carthami* panno ligatâ, & *oxymelliti ſquillitico*, dum coquitur, immerſâ, quâ id ſolutiuum efficitur. 3. *Forma boli.* ℞. *Medull. carth.* ʒ xij. *penidior.* ʒ iiij. *cardamom. zingib.* añ ʒ j. cum melle, fiant boli inſtar nucis, quorum vnum vel duos ſumat. 4. *Forma potionis*, eâdem medullâ ad ʒß. cum corrigentium momento, in iure galli coctâ & propinatâ.

AGARICVS.

Genus, & electio.

Eſt fungus adnatus trunco laricis; nomen habens ab Agaria, Sarmatiæ regione, in qua præſtantiſſimum naſcitur, quamuis optimum quoque habeatur, ex Delphinatu Galliæ, montibus Tridentinis, nec non Rhetorum, Vindelicorum, & Noricorum tractu.

Nota optimi Agarici hoc diſticho continentur.

Ra

Res frangi præstò pretiosus Agaricus esto,
Candidus & splendens, bonus in libra leue pendens.

Improbatur nigricans, grauis, corrosus, & qui caudici propè adnatus inhæsit.

Qualitates.

Calidus est primo, siccus secundo gradu: incidit, attenuat, terget, aperit, & discutit. Purgat pituitam, crassam præcipuè ac lentam, & bilem vtramque à cerebro, neruis, musculis, sensoriis, spina dorsi, thorace, pulmone, ventriculo, hepate, liene, renibus, vtero, articulis, venenis quoque resistit: vnde forsan à Democrito medicina familiæ appellatur; quòd ad omnes corporis partes conformitatem habeat, earumque obstructiones, atque ab iis genitos morbos inueteratos tollat. Omni ætati tutus est.

Correctio.

Duo vitia corrigenda sunt in Agarico: 1. Tarditas ipsius. 2. Leuitas, ob quam ad fundum ventriculi ægrè descendens nauseam & vomitum facit, & intestinis adhærens ea lancinando & pungendo, fluxionesque concitando dolores parit: quæ vitia variè quidem apud Mesuem corriguntur; optima tamen ratio est, si trochiscetur agaricus, cum s.q. vini albi, vel maluatici, in quo zingiber fuerit infusum.

Dosis ac *modus.*

Puluis trochiscati & non trochiscati à ℈ ij. ad ʒj. ʒ ij. In decocto vel infuso à ʒ ij. ad ʒ iiij. ʒ v. Exhibetur *forma potionis, pilular. boli. Potionis forma*, si puluis agarici, præsertim trochiscati, conuenienti

liquore dissoluatur, & exhibeatur: vel in eodem decoquatur aut infundatur, & posteà colatura propinetur. *Pilularum forma*, cùm in pilulis officinalibus, tùm etiam magistralibus, formando ex certâ dosi agarici, additis, si lubet, deducentibus ad partem affectam, cum melle vel syrupo idoneo pilulas. *Boli* denique *forma*, sumendo quantitatem agarici, & cum *diaphœnico* vel *conseruâ rosar.* formando bolum.

Turbith.

Genus.

Turbith est radix, ex aliqua harum plantarum, quæ lacteum succum fundunt, accepta: sed qualis illa sit, anceps est controuersia; vnde alii aliter iudicant. Actuar. modò pityusæ radicem, modò alypum Dioscor. existimat: Serapio & Auicenna radicem tripolii Dioscorid. Brasauolus putat tithymali myrsinitis radicem. Alii, inter quos Fuchsius, thapsiæ, alii scammoneæ radicem autumant. Vnde Clusio monente in Garciam, loco turpethi in multis Hispaniæ locis vtuntur radice thapsiæ, & aliis locis Europæ radice scammoneæ.

Electio.

Laudatur ponderosum & subalbidum aut cineritium, recens ac fractu facile, intùs gummosum; adulteratum enim in extremitatibus tantùm gummosum est.

Qualitates.

Calidum est in tertio, & siccum in secundo gradu intenso. Purgat pituitam crassam & tenacem,

ac

ac puttem ex ventriculo, pectore, & partibus remotis, vt iuncturis. Vnde confert arthriticis, febribus pituitosis, præseruat à psora, lepra & aliis vitiis pituitosis cutis, secundùm Mes. Nocet ventriculo, nauseam vomitumque excitans. Pueris, senibus ac grauidis non dandum.

Correctio.

Corrigitur, quatenus tardæ & debilis est operationibus, acribus, vt *zingibere*: quatenus ventriculo nocet, stomachicis, vt *mastice, pipere*, & aromaticis, quatenus corpus extenuat, mitigantibus, vt *oleo amygd., sero lactis, syr. viol., passulis, saccharo.*

Dosis.

Puluer. à ℈ ij. ad ʒ j. ℈ iiij. Mes. à ʒ j. ad ʒ ij. In decocto dosi duplâ datur.

Modus.

Exhibetur 1. *Forma pilular.*; ex ʒ j. v.g. pulueris ipsius, additis corrigentibus proportione subtriplâ, formando pilulas cum syr. idoneo, v.g. *violaceo.* 2. *Forma puluer.* ♃. *Turbith.* ʒ j. corrigentium ℈ j. *sacchar.* duplum ad puluer. M ß. fiat puluis sumendus in iusculo. 3. *Forma tabularum*, sumendo puluerem, & cum saccharo soluto formando tabulas. 4. *Forma boli*, miscendo puluerem cum *conserua rosar.* NB. In vermibus vtilissimum exhibere turbith cum Rhabarbaro. 5. *Forma decocti* seu *potionis.* ♃. v.g. *Turbith* ʒ ij. vel ʒ iij. cum corrigent., coq. in liquoris idon. s. q. exhibendo colaturam, vel in ea dissoluendo insuper alia, vt *syr. violac.*

Hermodactylvs.

Genus.

Est radix seu bulbus *iridis tuberosæ Lobel.* quæ exsiccata ad nos fertur, & *verus Hermodactylus Pauli* censetur. Cuius loco, vt antehàc, sic etiamnum magno cum damno, multis in locis vsurpatur *hermodactylus vulgaris*, qui est radix, seu bulbus *Colchici*, quod aut est venenum, ideoque intra corpus sumi non debet; quale est illud, quod in Colchide nascitur: aut non purgat, vt nostrâs; aut purgat quidem, sed non est Pauli hermodactylus, vt *Syriacum*.

Electio.

Notæ hermodactyli boni hoc disticho continentur.

Laus tibi de iure datur, Hermodactyle duro,
Ac solidus si sis, albi cui signa coloris.

Solidum hîc opponitur raro, laxo & friabili. Ad has notas minimè accedit bulbus *Colchici*: hic enim siccatus, rugosus euadit, & foris intusque nigricat, vel obscurè rubescit.

Qualitates.

Calidus est ac siccus ordinis secundi initio, cum humiditate tamen, vt Mes. loquitur, excrementitiâ, flatulentâ, nauseabundâ, quâ ventriculo aduersatur. Pituitam lentam & humores viscidos ab articulis efficaciter trahit: vnde, Paulo autore, arthriticis priuatim dicatus est.

Correctio.

Corrigitur tenuantibus, *cimino, zingib. spica, cinamomo*, & similibus stomachicis & arthriticis, quæ vim ipsius ad articulos deducunt.

vide quid de hirmodactyl notat Fra
besarius Canon: medicin: Appendi. fo. 46
de Arthritide:

Doſis, ac modus.

Meſ. à ʒ j. ad ʒ ij. Vſurpatur 1. *Forma puluer.* ℞. ʒ j. *hermodactyl.* cum pulùer. *zingiber. & piper.* 2. *Decocti.* ℞. *hermodact.* ʒ ij. corrigentium aliquot añ ∋ j. contundantur craſſo modo & liquore idoneo coquantur. 3. *Pilular.* in pilul. de hermodactylis Meſuæ maioribus, quarum deſcriptio in Auguſtano. 4. *Trochiſcor.*; ſumendo ſecundùm Meſ. *hermodactyl.* cum ſuis corrigentibus, & cum ſucco raphani aut ſcillæ, formando trochiſcos.

MECHOACA.

Genus.

Eſt radix bryoniæ peregrinæ, ex Mechoaca, nouæ Hiſpaniæ Inſula, allata, quæ duplex: Mechoaca alba ſeu vulgaris, & Mechoaca nigra, quam à loco natali Maſſilienſes Ialapium vel Gelapo vocant, vulgò radix Ialap.

Notæ vtriuſque.

Vulgaris Mechoaca deligenda albicans ac recens: improbatur quæ valdè candida, aut nigra, aut carioſa: adulteratur radicibus bryoniæ in taleolas diſſectis & reſiccatis ad formam Mechoacæ: dolus deprehenditur teneritudine Mechoacæ; cùm bryonia habeat ſubſtantiam longè rudiorem. *Mechoaca nigra* priori ſimilis, ſed cortice nigricante veſtita, interiùs rufeſcens, quæ teſſulatim inciſa rotunda, magnitudine & figurâ calculum aleatorium repræſentat: guſtu eſt non ingrato & gummoſo, & ob copioſam gummoſitatem igni admota flammam concipit.

Qualitates.

Calida est in primo & sicca secundo gradu, insipida ferè; nec vllius acrimoniæ particeps, secus quàm bryonia sylvestris, quæ acris est, & calida multùm. Purgat pituitam & aquas, ac purgando partes roborat. Tussi veteri, colico dolori & lui Venereæ plurimùm confert. Omni ætati vtilis Sed Ialapium vulgarem Mechoacam facultate superat; nam ob gummi copiosum fortiùs humores serosos purgare existimatur.

Correctio, ac *Dosis.*

Corrigitur cum *cinamom. anisi*, aut *mastices* tertiâ parte. *Dosis* à ʒ ß. ad ʒ j. vel ʒ ij. Radix *Ialap* ad ʒ j. tutò exhibetur.

Modus vtendi.

Sumitur in substantia ferè tantùm, sumendo puluerem ipsius cum liquore idoneo, præsertim cum vino, quamuis etiam cum iusculo sumatur. In decocto non datur, nam experientia compertum est, cóctione vim ipsius perire & exolui. In infusione cùm præscribitur, liquor non solus exhibendus, sed puluis infusus.

Colocynthis.

Est fructus cucurbitæ sylvestris, cuius pulpa alba & leuis, à seminibus purgata, in vsu est.

Calida & sicca est tertio gradu. Purgat pituitam & alios humores crassos glutinosos, è profundis & remotis partibus, vt cerebro, neruis, musculis, articulis, pulmonibus, thorace: quo nomine vsurpatur in cephalalgia, hemicrania in-

inueterata, apoplexia, epilepsia, vertigine, asthmate, tussi, dispnœa, morbis articuiaribus frigidis, dolore colico flatulento, ad pituitam vitream ex intestinis deturbandam. Nocet valdè ventriculo & intestinis, quorum fibris adhæret. Pueris, senibus, & prægnantibus est inimica.

Corrigitur vel formâ trochiscorum, qui vocantur *trochisci alhandali*, & nihil aliud sunt, quàm colocynthis præparata, quæ ingreditur omnes compositiones colocynthidem recipientes: vel additis cardiacis, hepaticis, stomachicis & rebus lentis, vt *tragacanth. ol. amygdal.*

Dosis à gr. vj. ad gr. xv. ℈ j. Dioſc. ℈ ij.

Vsurpatur commodissimè *forma pilularum*, quamuis & in *electuar.* vt in hiera diacolocynth. *Pilulæ* ita formari possunt. ℞. *Pulpæ colocynth.* gr. x. *cinam. zingib.* aã gr. vj. *moschi* gr. j. cum syr. idoneo formentur pilul. aliquot. Potest etiam vsurpari *forma extracti* hoc modo. Affunde pulueri ipsius spiritum vini ad extantiam sex digitorum, digere per dies 20. vel vltrà: postea per inclinationem effunde, tandem ad spissitudinem mellis redige: addendo ad ʒ j. succi, *olei cinamom.* ʒ j. *Dos.* ℈ ß. cum syr. rosato.

OPOPANAX.

Est succus panacis Heraclei, secundùm Dioſc. Galen. & omnes ferè, excepto Mesue, qui ex fetulaceo Panace siue Asclepio, ac aliis nonnullis, qui ex Chironio fieri volunt.

Quicquid sit, *probatur* valdè amarus, interne

albus aut ſubfuluus, pinguis, tener, friabilis, ſtatim liqueſcens, odore graui.

Calidus & ſiccus in tertio Meſ., at Galen. ſicc. in ſecundo. Pituitam craſſam & viſcidam à remotioribus partibus & articulis allicit ſecundum Meſuem, quamuis nec Dioſc., nec Galen. ei vim purgandi tribuant. Nocet ventriculo, & tardæ eſt operationis: ac proinde *corrigitur* tertiâ parte *maſtices, ſpicæ, zingib. cinam.* & *enulæ campanæ.*

Doſis ad ʒ j. à ʒ ß. Meſ. à ʒ j. ad ʒ ij. Braſſauol. ad ʒ iij. Vſurpatur in *pilulis*, (hinc pilul. de opopanace Meſuæi.) ℞. v. g. ʒ j. *opopon.* acue cum *diagr.* gr. iiij. &c. & cum ſyr. fiant pilul.

Sagapenvm.

Eſt ſuccus plantæ cuiuſdam, quæ & ipſa Sagapenum dicitur, Galen. 8 ſimplic., ac ex Media ortum ducit.

Laudatur tranſlucidum, foris colore fuluo, intùs albido, guſtu acri, odore graui, ſubſtantiâ craſsâ, facilè liqueſcens in vino.

Calidum ordine tertio, ſiccum ſecundo. Purgat pituitam craſſam & alios humores lentos ſecundùm Meſ., à Græcis facultas deiectoria ſilentio prætermiſſa eſt.

Corrigentia, vt opopanax.

Doſis à ʒ ß. ad ʒ j. Vſurpatur in *pilul.* ℞. *ſagapeni* ʒ j. *maſtic. cinam. zingib.* aã gr. iij. fiant pil. cum ſyr. aliquo.

Evphorbivm.

Eſt ſuccus arboris Lybicæ, ab Euphorbo, Medico Iubæ Regis Mauritaniæ, nomen habens.

Eli-

Eligatur transſlucens, & ex rufo pallidum, in granula concretum, quod leuiter guſtatum os diù accenſum tenet.

♃ Calidum & ſiccum eſt in quarto gradu. Purgat pituitam craſſam & lentam, & aquoſos humores: ob id valentiſſimum eſt medicamentum in affectibus inde natis, vt arthritide, colicis doloribus, & hydrope; ſed vehemens eſt medicamentum, & anxietatem quandam excitat.

Quapropter *corrigendum* eſt medicamentis acrimoniam ipſius mitigantibus, vt *ol. amygd. dulc. ſucco citri*: præterea cardiac. & ſtomachicis, vt *maſtice, croco*. Optima ipſius præparatio fit cum aceto deſtillato, ſucco limon. depurato, aut phlegmate vitrioli imprægnato ſuo ſpiritu: in quibus diſſoluendum eſt euphorbium in B.M., & adhuc calens per linteum traiiciendum.

Doſis à gr.iij. ad viij. vel xij.

Vſurpatur, vel in *pilulis*. ℞. v.g. *Euphorb.* gr.vj. mitigantium aliquot. v.g. *ſemin. lactuc. portul. endiuiæ flor. roſ.* añ gr.iij. & cum *ſucco limon.* fiant pilulæ. Vel cum aqua aut ſucco endiuiæ ſolutum, inſtar potionis. Vel *boli formâ* cum caſſia. ℞. v.g. *Caſſiæ* ʒ iij. *euphorb. præp.* gr.iij. cum ſaccharo fiat bolus.

PVRGANTIVM III. CLASSIS, in qua tractantur

MELANAGOGA.

SENA.

Eſt planta ſiliquoſa, è regionibus orientalibus

ad nos primùm allata, coluteæ admodùm similis, cuius folia in vsum veniunt, quamuis folliculi efficaciores sint Mesuæ: quòd intelligendum de folliculis decerptis virentibus & succulentis, moxque siccatis, non autem de caducis & in planta arefactis.

Sed cùm folliculi ad nos non ferantur, *eligenda* sunt folia sennæ viridia, probè resiccata, non maculosa, nec teredine attrita, & à stipitibus mundata ac repurgata.

Quoad *qualitates*, folia sunt cal. sicc. primo. Purgat melancholiam, bilem adustam & pituitam à cerebro, pulmone, hepate, liene, ventriculo & mesenterio: proindè dictarum partium morbis ab eiusmodi humoribus proficiscentibus medetur. Omni ætati tuta, ac etiam prægnantibus. Vtilissimum catharticum.

Corrigitur, quatenus flatulenta & ventriculo obesse creditur, *zingib. cinam. anisо, garyophyll.*

Dosis à ʒ j. ad ʒ j ß. ʒ ij. quidam ad ʒ iij.

Exhibetur vel *in substantia*, vel *in infuso* aut *decocto*. *Substantia* variè exhibetur. 1. *Forma pilular*, ℞. v. g. *Pulu. sen.* ʒ j. *zingib. cinam.* añ ϑ ß. *sal. nitr.* gr. v. fiant pilul. cum syr. aliquo, quæ vel omnes sumi possunt, vel aliquot saltem instar vsualium. 2. *Potionis*, soluendo puluerem *sennæ* cum corrigentibus in liquore idoneo, præsertim sero lactis. 3. *Forma placentular.* pro pueris, puluere *sennæ* cum cinam. melle subacto, & cocto ad consistentiam placentæ. 4. *Forma cydoniati*, vt dictum in Rhabarbaro. *Infusum* sennæ etiam variè ex-

Decoct: Epithym: Mrs: melancholici
et bilis adusta. ophmr purgat: N.C.
p: 101.
Ad pericliare. hb, Melanchol: qd potius blandiendo
q violentora pharmacorū acriori usu tractari
postulat: propterea Arcetæus dicebat non cedere
morbos ab humore melancholico oriundos, nisi
cedentib⁹ medicis; Et Plato in Timæo; morbos ex
humore melancholico certos hære terminos, ad quos
antiq pveniant, si vehementioribus medicamtis irritē
tur, acerbiores fieri; vtr videre ē in qtanis, qæ
si initio acrioribus medicamtis exagitantur, adeo ef
ferantur, vt in 2plicē 3plicem diffundantur, et
demū lethales evadant: Fritagius Aurora. med
Lib: cap: 11° sub initio: /

* fol: semæ non sterunt decoctiones mqt
Praxeting, medicina pauper: p: 30 impriß
Lugduni: 1644

Polypodiū leuiter decoquendū, ut effi-
caces suas uires eas, suauiorēs exhi-
beat decochionē enim medicorum festinat. quem
admodū Sena et herbis:/ Balsamus cōd
mēdauit: compos.- de. DiacathoLic:/

exhibetur. I. *Communiter* folia *sen.* infunduntur dosi duplâ, ad eam, quâ in substantia dantur cum corrigentibus, in vini albi ſ.q.; posteà fit expressio: quæ vel per se exhibetur, vel aliis insuper in hac dissolutis, vt in Rhab. dictum. II. *Forma extracti* ſ.a. parati cum aq. *lupuli*, *scolopendr. borrag. fumar.*, additâ portione *caryophyll. zingib. semin. fœnicul. &c.* ʒ. *Forma spiritus sennati.* ℞. *Fol. sena purgat.* ʒ iij. *cremor. tartar.* ʒ ij. *cinam.* ʒ j. *mac.* ʒ ß. *spec. diagal.* ʒ j ß. *zingib.* ʒ ß. Infunde triduum in spiritus vini vel communis vel maluatici ℔ ij., posteà colatur & seruetur. *Dosis* ab ʒ ß. ad ʒ vj. *Decoctum* senæ eodem modo fit, vt decoctum *Rhabarb.* mutatis mutandis.

POLYPODIVM.

Est herba similis filici, in muscosis petris & vetustis arborum caudicibus nascens; vnde *dendropteris*, *filix arborea* dicitur: cuius radix, quæ sola in vsum venit, habet multos nodos & cirrhos polyporum piscium ritu, hinc nomen.

Eligendum, quod in quercu nascitur, & recens est, ac nodosum. Inueteratum adstringit.

Quoad *qualitates*, bilem aduſtam & pituitam purgat. Opitulatur colicis. Liẽni peculiariter prodest, vnde in affectibus hypochondriacis vtilissimum.

Sed quia admodùm desiccat. *corrigendum* est *liquiritia*, & ad ipsius operationem iuuandam, tertiâ parte *anisi*, *fœniculi*, *zingib. &c.*

Dosis à ʒ ij. ad ʒ iij. & ʒ ß.

Exhibetur in *decocto* vel *infuso* facto cum liquore

idoneo, h.e. partem & affectum respiciente, v.g. cum *sero lactis* in scabie ab vsta bile, *aqua hordei* in febribus quartanis: additis corrigentibus idoneis proportione subtriplâ.

Epithymvm.

Est planta, quæ thymo, hyssopo, satureiæ, serpillo aliisque plantis cuscutæ modo circumnascitur, à qua differt figurâ, loco natali & qualitatibus; licèt multi epithymum & cuscutam promiscuè sumant. Quicquid sit, hæc medicamenta potiùs aperientium quàm purgantium rationem habent, & præstat cum aliis, quàm iis solis vti. Ac proindè rectiùs ad alterantia referenda fuissent, ad quorum etiam classem relegamus.

Helleborvs Niger.

Helleborus niger duplex est, *adulterinus* & *verus*. *Adulterinus* iterum vel est *hortensis*, quem Fuchsius *Erisi Wurken* appellat, & *sylvestris* siue *helleboraster*. *Verus helleborus* niger aliis est, quem Matthiolus *flore purpureo* vocat, aliis *sanicula fœmina* Fuchs., aliis, quem Matthiol. *Pseudo-elleborum* vocat, & habet flores buphthalmi. In vsu *eligendus* est verus helleborus, & in eius defectu adulterinus hortensis. Vsurpantur autem solæ radices tenui medullâ proiectâ, quæ vino cydoniorum maceratæ loco tepido, posteà exiccantur & reponuntur ad vsum.

Quoad *qualitates*, calidus & siccus est in tertio gradu. Purgat melancholicum siccum, & alios hu-

Extracti Ellebori nigri ℈j
extract. confect. hamech ℈s aqueꝰ
descriptio habetur in Ludouicum
Dieticoꝝ. f. duc. pell: et habebis ex
electissimo rondi pergens, contra d
ros manias, Epilepsias, melancholias, fe
bres quartanas. et alios morbos qui
alijs non rediere agunt. et occultas ha
bent seminaria, Effectus pro lon
demonstrabit exemplo contra omnes
lepras et phthisahones.: vid. descript
extract. Elleb. nigri ex Gabriel phaen
dogm. nat: cap: 26.

[illegible] scrupul. hyer. cū mixtiani p̄ cathoner quib⁹
addi possit aqua bengeu vt scribit.
bulgo infundit radicis cortex acuto gustoso, deinde
in umbra siccatur ad vsum. Cujus dos. in subita
a ʒi ad ʒij circiter. in decoct. a ʒi ad ʒij circiter
in macer in macerations a ʒß ad ʒiij. Pravot
corrigitur sem. odoratis praecipue danci et cum
aceto tanq̄ proprio alexipharmaco Pravotij
si placuerit purgat reddere cupias, eo q̄ vti loco
benignoru, antequ exsiccetur ad vsum, bullit ad
aliquē in aceto: sic ē multum vicium deper-
dit: vel cū decoquitur aut macteatur vel
gariter cathū, abjiciatur primū decoctū
aut infusum, et eidem radicj novus liquor
addatur q̄ secunda infusione aut decoctione ex
hibendā. Pravotius. med. pauper: p: 32.
Elleborj duplex extractū. vid. Pravot: ibid
Elleborus maxima sustinet decoctionē de ibid
nest aute vis Cathartica aequaliter fere
Elleboro nigro officinar: qui Matthiol: Ellebor:
nigrū flore purpureo volat. Et Helleb: nigro
herbaceū flore gerath: qui Matthiolo, Pseu
do ellebor: niger est: verū prior cū minori mo
lestia purgat. q posterior: qui propterea mi
nori dosi dabitione: et minore dosi. Pra
votius ibid.
vid. Syr. de Helleboro Pravotij: p: 34
Parkinson: in Theatro botanic: notat. Elle
borū nostratē innoxiū esse. Licet nō aeth
forparctur vt supra. vid. Parkins: de ellēb:
Hellebori usu duo cavenda sunt: primū ne detur
in substā sed in decoctione vel infusione: deq̄ post pur
gatē purgationē aliquo conquiescente assumat vo ju
dicat. Deinde conficiatur cū cabolanis aut astringen
tibus ne citius excretatur in corpore. Franciscus de
Melancholia et Manīa. cap. 3.

humores aduſtos ſolutu contumaces: proinde omnibus morbis melancholicis prodeſt, vt maniæ, melancholiæ, elephantiaſi, quartanariis, &c. Vbi notandum, elleborum nigrum rectè vſurpatum innoxium eſſe medicamentum, vt tutò pueris, grauidis & debilibus corporibus dari poſſit.

Corrigitur cardiacis & ſtomachicis, vt *cinam. aniſo. fœniculo, &c.*

Doſis in ſubſtantia, à gr. xv. ad ʒ ß. ℈ ij. Meſ. ʒ j. In infuſo vel decocto, à ʒ j. ad ʒ ij. vel ʒ ij ß. Quidam ad ʒ ß, ſed adſcendendo à ʒ j.

Exhibetur vel *ſubſtantia* ipſius, vel *infuſum*, vel *decoctum*. *Subſtantia* ipſius exhibetur. 1. *Formâ puluer.* ſumendo *ellebori nigr.* ℈ ij. *zingib. maſtic. roſar. rubr. cinamom aniſ.* añ gr. iiij. Miſc. in iuſculo veteri. In pueris ſume ℈ j. 2. *Forma pilular.* formando ex prædicto puluere cum ſyr. idon. pilul. 3. *Forma placentularum*, vt dictum in ſena, & rhabarbaro. 4. *Forma cydoniati*, vt dictum in rhabarbaro. *Infuſum* hellebori fit 1. *Communi modo* in liquore idoneo, putà, decocto, hydromelite, aqua hordei, &c. vt ſæpiùs dictum. 2. *Extracti forma:* vbi notandum, quoad menſtruum, nonnullos ſumere *aquam aniſi* additis corrigentibus: nonnullos ſolam aquam pluuiam accipere ſine corrigentibus, eò quòd notarint hellebori malitiam, vel potiùs vim purgantem aromatum admixtione intendi ac augeri. *Doſis* extracti eſt ℈ j. *Decoctum* quoque fit duplici modo. 1. *Communiter* in liquore idoneo, vt alia purgantia. 2. *In pomo helleborato.* Pomum transfigitur radice hellebor.

nigri & caryophyllis, chartâ cooperitur aquâ frigidâ madefactâ, ac sic coquitur in cineribus: inde extracto helleboro & caryophyll. pomum cum saccharo comedendum offerimus.

Lapis Armenvs.

Lapis Armenus non modò in Armenia prouenit, sed etiam inuenitur in argentifodinis Germanicis, ex quo color paratur in vsum pictorum.

Optimus est læuis, cæruleo-viridis, non lapidosus & friabilis.

Calidus siccus secundo gradu. Purgat melancholiam, & curat eosdem affectus cum helleboro nigro.

Corrigitur minutissimè tritus, frequenti lotione cum aquis cardiacis, *rosar. bugloss. &c.* toties factâ, donec aqua nullum ampliùs vel colorem vel saporem induerit.

Dosis loti, à ʒ ß. ad ʒ j. ʒ j ß. *Illoti*, ad ʒ j.

Sumitur omnibus modis, vt lapis Lazuli.

Lapis Lazvli.

Lapis Lazuli vel cyaneus, aut cæruleus, magnam cum Armenio, tùm ratione originis, tùm facultatis & virium cognationem habet, vt alter alteri facilè substitui possit.

Eligendus est autem lapis lazuli aureis maculis distinctus, seu in cuius fracturis radiantes quædam aureæ stellæ micant, vnde à Mesuæo lapis stellatus vocatur.

Calidus secundo & siccus tertio. Easdem cum Armenio vires, sed debiliores, habet.

Cor-

Corrigitur vt armenius.

Doſis, à ʒ ß. ad ʒ j. ʒ j ß. Meſ. à ʒ ij. ad ʒ ij ß.

Vſurpatur, 1. *Formâ pilular.* ℞. ∂ ij. vel ʒ j. *lap. Lazuli præparat.* cum *cinam. zingib. camph.* añ gr. vj. Miſc. & cum ſucco aliquo fiant pil. 2. *Forma pulueris*, ſumendo puluerem ipſius ſubtiliſſimè tritum cum aromatibus quibuſdam, in iuſculo vel alio liquore. 3. *Forma boli*, miſcendo prædictum puluerem cum conſeru. *borrag.* 4. *Placentæ forma*, ſed tùm in alcool redigendus eſt lapis, ne puluis dentibus hæreat. 5. *Formapotionis*, in vino odorato ſumendo puluerem. 6. In *jentaculo* quodam idoneo. *Nota*, ſemper in tenuiſſimum puluerem redigendum eſſe.

PVRGANTIVM IV. CLASSIS, in qua tractantur,

HYDRAGOGA.

SAMBVCVS & EBVLVS.

Ebulus & *Sambucus* ſimiles ſunt plantæ foliis, flore & fructu, ſolâ magnitudine apud Dioſcor. differentes: Ebulus enim eſt ſambucus minor ſeu chamæacte: Sambucus verò in arborem aſſurgit. Vtriuſque & ſemen & cortex medianus, & ſuccus radic. foliorum ac fructuum in vſu ſunt, ad aquas educendas.

Doſis, ſeminum baccar. ʒ j. cortic. ʒ ij. ſucci ʒ ß. ʒ vj. *Corriguntur* cinamomo.

Vſurpatur. *Semen puluriſatum* in vino potenti vel abſynthite: vel decocto *chamapyt.* in poda-

gricis. *Cortex* maceratur vel decoquitur in vino ad ʒiij. sed coctione vis eius purgandi perit. Dioscor. *Succus* ad ʒj. sumitur in vino vel iusculo alterato absynthio. Vt & succus inspissatus cum melle. Additur aqua cinamomi. Plerunque hæc non sola, sed cum aliis à Practicis vsurpantur.

Soldanell'a.

Est brassica marina Dioscorid., cuius folia & succus in vsu sunt.

Calida & sicca est secundo gradu, nonnullis tertio. Ad aquas educendas optimum remedium, ita tamen, vt semper aliquid bilis permixtum sit.

Sed quia stomacho inimica, semper *corrigenda cinamom. zingib. &c.*

Dosis, ʒj. ʒj ß. ʒij. succi ʒ ß.

Exhibentur *folia*, 1. In *acetario* ex ol., sale & aceto cuius 6. boli aquas mirè educunt in hydrope: nonnunquam etiam in iure bullitur vt brassica satiua. 2. In *puluere*, addito, si velis, *rhabarbaro* & *cubebis*, qui imponitur vel iuri, vel ientaculo, aut placentulis, pro puerulis hydropicis. 3. In *decocto*, vt alia, additis corrigentibus. 4. In *pilulis*, sed tunc sumenda minor quantitas, & addenda alia acuentia, ne ob puluer. leuitatem excrescat numerus pilularum. *Succus* verò exhibetur cum *Rhabarbaro formâ infusi*, & aquas vtiliter educit.

Succvs Ireos.

Hic succus exprimitur ex radice iridis nostratis, illius maximè, quæ purpureum profert flo-

florem, qui calidus & siccus est tertio gradu, & potenter aquas citrinas educit: sed puero, seni & grauidis malè tutus; his enim mouet menses, illis autem validior est.

Corrigitur cinamomo. Dosis ab ʒ ß. ad ʒ vj. ʒ j.

Sumitur 1. cum pauco vino & cinamomo, vel cum iusculo in quo coxêre *passulæ, cinamom. & spica.* 2. *Forma syrupi*, si succus depuratus cum saccharo coquatur, cuius *dosis* ʒ ij.

ELATERIVM.

Est succus cucumeris agrestis inspissatus, & in pastillos conformatus.

Optimum est vetustissimum, quodque lucernis admotum lumen extinguit, & priusquam extinguat, scintillare sursum ac deorsum cogit.

Calidum ac siccum tertio gradu. Aquam ducit, si quicquam aliud: nam cum reliqua ferè eam tantùm aquam educant, quæ in venis adhuc continetur, elaterium eam aquam elicit, quæ in abdomen effluxit extra venas.

Corrigitur, quia acre est, & anastomoticum, & partes principes lædit, *lacte, tragacantho, bdellio*, & corroborantibus idoneis, vt, *cinam. spec. diarrhod. abbat.* & cordialibus.

Dosis, gr. vj ∋ ß. gr. xv. quidam non temerè vltra 5. grana adscendunt.

Exhibetur 1. in *pilulis*. ℞. Pilul. facilium, v. g. *de tribus cum Rhab. alephang. de hiera* ʒ ß. vel ∋ ij. *elaterij* gr. v. vel etiam x fiant pilulæ: ita enim indomita vis refrenatur. 2. *Extracti formâ*, extra-

hendo ſ.a. eſſentiam eius cum ſpiritu vini ſantalato vel diamargarito, cuius eſſentiæ extractæ vnciæ affunde olei *cinamom.* & *nuc.moſch.* añ ℈ j. *Doſis* eſt ℈ ß. cum aliquo liquore, vel etiam in formâ pilularum.

Esvla.

Eſulæ nomine omne genus tithymallorum officinæ comprehendunt; ſiquidem experientiâ conſtat, ab omnibus aquas educi. Aliud tamen atque aliud genus diuerſi eligunt Autores: alii *cyparißiam*, alii *eſulam dulcem Tragi*, alii *platyphyllon*: alii *pepulum* ſiue *eſulam rotundam*, alii *eſulam maiorem* ſiue *pityuſam Dioſcor.* quæ nunc ab vſu receſſit.

Calida ſicca tertio gradu. Purgat pituitam & bilem, ſed præſertim aquas à remotis partibus.

Corrigitur cinamomo, nuc.moſch. tragac. mucilag. pſyllij. Omnium optimè maceratur per 24. horas in aceto, vel ſucco portulacæ, aut ſucco limon.

Doſis, corticis radic. à gr. vj. ad ℈ ß. gr. xv.; *ſucci* verò vel *lactis* à gr. iij. ad vj. vij.

Vſurpatur omnibus modis, quibus vnumquodque aliud catharticum hactenus vſurpari diximus: præſertim verò extractum inde paratur ſ.a. cuius doſis gr. xv.

Et hactenus quidem de Purgantibus propriè ſic dictis ſat abundè actum eſt. Sequuntur nunc Vomitoria.

Vomitoria.

Dicuntur medicamenta, quæ noxia quæque ventriculi, redundantiam cibi, aliarum etiam partium

-foc Capt. Colk. of ye Fell
of Ely: April: 19: 1651

Ætatis amu 28 natus: quæritur
de timore. mordinato ex. qualibet
occasion. tu de. Capitis dolore.
et vmpsali frigore. et horrore. et
vesperibus oculos obfuscantibus.
diu an cordis palpitatione fi
qdo. vel ira aut dolore
aut quabit alio passione phre
nabatur. de quibus tamen fi
flabat. e ventriculo. vt alegi
fit. Egerat. minus. Cubitat
Sudor ebu vniusalis. frigus pa
mul. / multu etia sputi.
de ceu morbosa indicher. ex humor
malo soluto hypochondriis et stom
ex febre quartana ante annos 4.
sine vlla sensibili evacuatione
expedita /: de quo ex. salsedine
et amarore. manet ex. pituitibus et
et vomitu. 2 vel 3 [illegible]

[illegible] esse [illegible]
[illegible] [illegible]

Judicabunt. Arrabbi [illegible]
et pars. affirma. seu plus com
mobilis forma. et [illegible] spiritual
indeat vanitas, sed [illegible]
agnoscibile. plus. pitalis hypo
chondriacis, tendant [illegible]
vena scribi tunde. [illegible]
tur. salute. gaudia [illegible]
generat [illegible] [illegible]
extrema.
et cordialibus. corrobor albus
et aldx. pharmacis pugnad.

4 Elecampi alb. p. ch. q.s. so much as will lye upon a shilling dried & pouder'd & mixed with as much honey as will make it into a stiff Electuary. Take of it Morning & Night & drink after it a draught of New Whey.

for the Rheumatism

4. Snakes wch breathe upon the banks of Nile, when the Nile is low, & their holes are dry, take them out & cut off their heads & tails & throw away the rest. Then take of the Powder of Vipers, till it turn it into a Conserve or a Syrup. But before you use it, let the Patient be purged with Manna & Cream of Tartar. Then take of it twice a day, morning & evening, in a draught of Posset drink.

for a Consumption

4. Roast Swallows, scoured with Salt in a Bag, till they be crisp, then beat them in a Mortar to powder, & take a spoonful of this powder with a spoonful of Sugar, twice a day, fasting, & at 4 a clock in the afternoon. This is a Bird made of Zinc, & boiled in Malt liquor, & Tamarisk Flowers, Agrimony, Sage, Betony, & Bugloss, & drunk of Evening & Morning when you go to bed: was a

/ho. Hall. of Sharks
-etatis. annū 50m. plus: minus
-alus:
Ex. dolore colico mali qui
mbabebat: dii marti no obstan
pterlapsi: vispere. qui p mane
Zunt hore. hora 2da pomer
diei Veneris subsequi ex quo
qualibet semihorā evomit. sum
xō negriante et valde. eleuā
vāe cū Lypothymiā et vigiū
Lapsu ante quem libet vomitū
Licet nor pientes ad Syncopē
maxime eras de ardore. sumen
xit querelas. me quoq. ~~sedes~~
~~sine Judicationes curationes~~
alvus fricat licet sedpius clyste
ribus elaborata:
Judicationes. curatiue. bidentis
vas frequēs.
ardor. acidibus humoribus. mordax
ordeatur: ~~sine~~ semicupia vesi
-cantia affatim sumenda. cum

(bizum lapſ. Conſ. alegs. con
beram in ſpr. Cumule. exhi
benda. qualibet. 4a hora
ſtt alegiend ꝑ fudorem no
ben. Et. quale. Sal. pmdt
in decreto. Cumule./

Hydragoga extrena.

℞ unguentu Agrippæ; Ex Aethaᵉ: nita; Ebulinum Rhodaᵉ. in Antidotar. lib. 5. sect. 1. Umbiliᵉ: cale Andromachi, sic. ℞ succi cucum. asinin. ℈ i. aa ℥ j. Ol. ℈ i. sam. ℥ iij. aa ℥ j. cerae para. q. sufficient. ft. unguentum. Item unguentum Bilicale Varandaei, tali gate confectum. ℞ cucum. agrest. bryᵉ: oniae aa ℥ j. Coq. in ol. commun. postea add. pulp. colocynth. Agarᵉ: troch. aa ℥ ij. Ellebor. nigr. Asaᵉ: mon. aa ℥ j. cerae paru. q. sufficᵗ. ut fiat Emplastr. quod à Zacut Lusitan. libr. 2. praxis admirand. observ. 4. 6. admirandis laudibᵘ celebratur.

The extract of Esula, however commended for its drophy had need have an Artist as well in preparing as giving: Parkins: Theatr. Botan. lib: 2: cap: 18.

tium vicinarum humores excrementitios, vi & impetu per os euacuant, deriuant, atque reuellunt. Idque faciunt facultate vel manifestâ, laxando orificium superius ventriculi, vnde retentrice labefactatâ, ventriculi facultas expultrix irritata humorum copiâ vel acrimoniâ, quicquid suo ambitu continet, per superiora expellit, inferioribus partibus sese constringentibus, quibus maximè vtimur, vbi nausea seu vomendi conatus adest, cum oris amaritudine & præcordiorum dolore: talia sunt, *oleum simplex, aqua simplex tepida, butyrum*, & omnium pinguia & oleaginosa: vel id faciunt qualitate occultâ, ob quam potiùs per superiora, quàm inferiora purgant. Horum omnium materia in vsum practicum distinguitur in leuiora, mediocria, & violenta. NB. *Dosis adiuncta illud tantùm vomitorium denotat, cui immediatè annexa & subiuncta est.*

Leuiora.

Simplicia. Aqua simplex vel hordei tepida affatim ad cyathum vnum hausta: iusculum carnium pingue vbertim sorptum: oleum commune tepidum ad ℥ iiij. ℥ vj., butyr. liquatum calidum. *Composita.* Hydromel largiter sumtum: hydræleum ad ℥ viij. ℥ x., oxymel s. cum aqua tepida, syrupus acetos. cum aqua tepida: ficus recentes comestæ, superhaustâ aquâ tepidâ.

Mediocria.

Radices; atriplicis, asari à ℥ j. ad ℈ iiij. In infuso à ℥ j ß. ad ℥ iij. ℥ ß., betonicæ, ex hydromellite in potu, Dioscor., cucumeris satiui, eupatorii Aui-

Gesn.l.2.epist.11.fol.63. melonis, narcissi bulbus; peponis puluer.à ℈ ij.ad ʒ j.in infuso à ʒ j.ad ʒ iij. raphani.

Cortex medianus iuglandis ad ʒ j.In infuso ad ʒ iij.ʒ ß.; maximè eius iuli furno siccati.

Semina; anethi, atriplicis, cucumeris satiui, erucæ, raphani à ʒ iij.ad ʒ ß., vrticæ à ʒ ß.ad ʒ j.Infus.à ʒ j.ad ʒ ß.

Flores; anethi, iuli iuglandis vt suprà, ad ʒ j. ex vino albo in colicis ac nephriticis.

Succus raphani ad ʒ ij.

Rasura proprii vnguis hausta ex vino.

Electuarium diasari Fernel. lib.7. meth., cuius dosis ʒ iij. ex aqua hordei; mulsa, vel sero lactis.

Violenta.

Radices cataputiæ, cyclaminis, ebuli, gratiolæ ad ℈ j. macerataæ verò à ʒ j. ad ʒ j ß.vel ʒ ij., hellebori albi infusi in iusculo maximè, ad ʒ ß.ʒ j.ʒ j ß. ad summum, additis cardiacis ad ℈ j. sed cautè, nasturtii.

Cortices; radicis ebuli & sambuci.

Semina; cataputiæ 10.12. à putaminibus delibrata, tusa & in ouo sorbili deuorata, vtiliter exhibentur iis, qui philtra, aut veneficia deuorârunt, genistæ à ʒ ij.ad ʒ ß.nasturtii, ricini.

Flores; ebuli, genistæ. *Nux vomica.*

Succi; cyclaminis, acetum cum pani siliginei medullâ destillatum, ad ʒ iij., validissimum in febribus intermittentibus.

Chymica. Vitrum ♁ quoduis infusum ad ℈ j. in liquo-

Vomitoria chymica enumerat: Harlmon
1 Aqua frenidet: Rulandi: cujus descript
hoc vbi: p: 13: vid.
Vomitorium Platori p. 12. descript:
Ramenta ungeiu in vino vel alio liquor
Olej Antimon cu berbor: descript: vid ibi
vitro olu vomitibus similes. Et purgans
ni fibr: laudatiss: remedium Et purgans fi
gedu Angely Salae.
Ebbracbus Elleborj. alias. descripbonis vid
Harlm: ubi sinistro ab autbore nro
memorato: no abstinendu.
quem, gutta. gr aliquot. cu gutt ij
De chymie alte aqua ejusdem in pingui
suscito exhibent: Harlm: practi: chy
p: 13. 14. 15:
Olivero Sal vitrioli a plerisq empiricis potius q
rationalibus medicis, i modice laudatur; ita candida
fatetur Minderer. l. de Calcantho c. 8. se deprehendis
esse ejus mternu et noxiu, et ab eo omnino abstinend
ad pulmonibus peculiariter obest, valentes strenuere alq
coarctare Etiam Gluckradius monet, atq in omnibus
vomitorijs exhibend sedulo cavendu ne asthmaticis et
pectoralibus morbis correptis ea oppinemur: Scu Crudu
vitriolu sit venenu quattnus suffocando enecet, ejus
dix alia stpationis suffocatoria modus eximatur: Fritz
tagius: Auror: medic. l. 1. c. 4:

The seedes of xyris if taken with
hirna: most mighty to expvlse brine: b: Turner
Herball::

liquore idoneo, Mercurius vitæ dulcis ad gr.v. ad ſummum cum ℈ j. pilulæ. Antimonium præparatum, quod rectè vſurpatum, inſigne emeticum ac tutum. De huius autem præparatione, doſi, ac vtendi modo, cùm variæ ſint Chymicorum ſententiæ, optima tamen præparatio eſt, quam vocant *crocum metallorum*, cuius ℈ j. infunditur in vini maluatici optimi ℥ j. per 14. dies, loco tepido, agitando indies. Poſteà reponendo ad vſum. *Doſis* ℥ j. vel ℥ j ß. in cochleari ſumta. Inſigne remedium cùm aliis in morbis, tùm febribus, quarum minerę altas egerunt radices.

Compoſita. Tabulæ ſtibiatæ ad ℥ j. comeſtæ, vel ſolutæ liquore idoneo, v.g. *aquâ meliſſ.* Infuſum ſequens. ℞. *Radic. bryon. cyclam.* añ ℥ iij. *ellebor. albi* ℥ vj. diligenter mundatæ pulueriſentur ac ſiccentur, in aëre affundatur aqua vitæ ad extantiam duorum digitorum, digere aliquot dies in B.M. Deſtilla, & quod in fundo remanſerit, iterum pulueriſetur, affundendo aquam priorem denuò, idque ter repetendo. Huic liquori immerge apicem plumæ, ac vino malualico iterum elue, quod propinatum illicò vomitum excitabit.

DIVRETICA.

Diuretica dicuntur, quæ ſubſiſtentem in corpore aquoſitatem per vrinas euacuant. Et ſunt duplicia, alia *propriè* talia, alia *impropriè*. *Propriè diuretica* ſunt calida ſicca ad tertium gradum, tenuis naturæ ac ſubſtantiæ, quæ facilè ad venas penetrant, ibique ſanguinem liquant & fundunt,

ſeroſumque à craſſo ſecernunt, non ſecùs ac in lacte fieri ſolet, quando coagulatur. Vnde poſteà quod craſſum eſt, in ſe coit; quod ſeroſum eſt, vi inſitâ à renibus attrahitur. Talia autem ſunt.

Radices; apii, aſari, calami aromatici, cardui cuiuſque: cyperi: dauci, eryſimi, fœniculi, ononidis, petroſelini, raphani, rubiæ, ruſci, ſaxifragiæ, valerianæ.

Folia; abſynthii, apii, betonicæ, calamenthæ montanæ, diptamni Cretici, lauri, naſturtii, petroſelini, pulegii, ſatureiæ, ſerpilli.

Flores; camomillæ, geniſtæ.

Cortices; medianus geniſtæ, lauri, raphani.

Semina; aniſi, apii, cardamomum, cerefolii, cicera rubra, cubebæ, dauci, fœniculi, iuniperi baccæ, leuiſtici, milii Solis, petroſelini, palyuri, ſaxifragiæ, ſeſeli Maſſilienſis, vrticæ. Xyrid: v: Tura.

Fructus; amygdalæ amaræ, ficus.

Aromata; xylocaſſia, ſeu cinamomum.

Reſinæ; terebinthina, laricea.

Liquores; vinum album.

Animal. Cantharides ad gr. ij. vel iij. ſed his conditionibus, vt exhibeantur 1. reliquis omnibus tentatis. 2. integræ, ex 11. ſimplic. 3. nunquam ſolæ, ſed mixtæ cum iuſculo pingui alterato malûâ, althæâ: locuſtæ ſeu cicadæ ad ℈ ij. ſanguis hirci.

Officinales aquæ; fœniculi, apii & ſuprà dictorum.

Syrupi; de 5. radicibus, & 2. radicibus.

Species; lithontribon Nicolai.

Conſeruæ; florum geniſtæ, betonicæ, abſynthii,

Impro-

in Ischuria. Si omnia desperata fuerint, urina Hirci calide exposita cum holo omento et intestinis ad ventrem applicata subito urina retenta propellit et calculos simul: si ille obstructionem facit. foras mittit: Hartmann: pract. chym. p: 271: Ad alia in fabri Rempt

Stranguria facile tollit axungia hirci in umbilicum missa:
subito eam solvit ol: mastich: gutti aliqua in umbilicum calide instillata sal: glandium ita stupit sabam et melonum mirabiliter stranguriam solvunt dos: gtt. .prl.4 ..
obij cornu cervi usta in decocto cicerum subr. exhibit stranguriam solvunt.
Urinam provocat ex silicibus albissimis et fluminis colligis ignitis in vino generoso totis extinctis donec plane in pulverem redacti fuerint, vinum per filtrum trajectum hausti omnes subito urinam pellit propter sal silicum: / urinam etiam sal nitri lagenam in corpore salem alvum curatur: Hartmann: pract: chym: p: 33.
in Ischuria. Florentinus mirifice commendat ovi putamen e quo pullus excluses et. cujus a pellicula sua repurgati 3ij. propinat. quod remedium summum esse. Gabrinnerus Physicus Caesareus refert. Mr Bulker exhibuit huic

Vino albo: Vid Further: Collectan
f: 344. no 34.
Scolymj: i, e, Cinara radix copiosa
urinam gravelente elicit, siquis ea
ni vino cocta bibat, deog gravelen
tiam sanat tū Alaru, tum toheis cor
pib, atq hoc sane medicamto ex tota
me essentia, utpote ejus sucro existen
te purgatorio. Fresh: ex Galeno: plant
hister: cap: de Scolymo:
y seeds of Xyris or Sphatula fatida
Fol: hydropiperis vel Cucumis ni ghitate cochl
aut aqa stillat forbitor urinam movet: ex
primito succi Water:

Impropriè dicta diuretica sunt, quæ sanguinem non fundunt, sed vel partium tenuitate serum ad vias vrinarias pellunt ac mouent, caloremque habent vel remissum, vel ad frigidum vergentem, quibus vtendum in calidis affectibus, vbi metus, ne calida diuretica, sanguinis serum absumendo, vrinas potiùs sistant: vel vias vrinæ leniunt, qualia sunt, *althæa*, *malua*, *liquiritia*, & similia lenientia, quæ admodùm impropriè diuretica dicuntur. Prioris generis sunt.

Radices; asparagi, acetosæ, eryngii, fragorum, graminis, oxylapathi.

Folia; acetosæ, asparagi summitates, capillorum Veneris, herniariæ, parietariæ.

Semina; 4. frigida maiora, acetosæ, alkekengi, hordeum.

Fructus; fraga, nuclei ceraſorum, ossicula mespilorum, limones, pepones, cucumeres, cucurbitæ.

Succi; limonum, parietariæ.

Gummi; camphora.

Officinalia; *aquæ* acetosæ, graminis, hordei, parietariæ.

Syrupi; de succo acetosæ, capillorum Veneris, limonum. *Trochisci* de camphora.

Chymica; sal prunellæ ā ʒ ß. ad ʒ j. cum aqua, addito syrupo iucundo, vt *violato*. vid pag: [illegible]

Ex his omnibus diureticis variæ remediorum formulæ, tùm internæ, tùm externæ componi possunt.

Svdorifera

Dicuntur, quæ totum per sudores euacuant, Græcis hydrotica dicta. Horum natura cognata est diureticis; calor enim tenuis altè se insinuat in corpus & humores, quos attenuat & resoluit in halitus, corporis verò meatus ratefacit: vnde halitus sponte expirant, & in sudorem condensantur. Materia verò eadem sæpè & vrinam & sudores prouocare potest: illam, si renes calidiores, cutis densa; hos, si renes, sint frigidi, cutis rara. Talia sunt

Radices; apii, angelicæ, bardanæ, chinæ, fœniculi, lupuli, petroselini, pimpinellæ, quinquefolii, salsaparillæ, tormentillæ, zedoariæ.

Ligna; buxi, guaiacum, iuniperi, sassaphras.

Folia; cardui-bened., capillorum Veneris, camædris, chelidoniæ maioris, cerefolii, fumariæ, pimpinellæ, scabiosæ, violæ matronalis.

Flores; camomillæ.

Semina; hordeum, milii, lentium.

Succi; rob. sambuci, ebuli.

Terra sigillata in peste & morbis contagiosis.

Animalium partes; cornu cerui, lapis bezoar.

Chymica. Sal absynthii, fraxini, scabiosæ ad gr. x. xij. cum aqua card. ben., scabiosæ: antimonium diaphoreticum, ad gr. iiij. vj. cum conserua idonea.

Composita. Ex his varia fiunt composita, quibus tamen omnibus præferuntur potiones ex decoctis potissimùm, vel infusis; aut dissolutis sudoriferis in liquore idoneo, ac licèt boli vel aliâ for-

Alnj soliji si sacci impleantur soliq; exponant
et postea ijs ad totū corpus, vel tam quā sudare
cupis tegatur. sudoris copiosi et sine morā prouoca-
bantur.: Bertild. Cent.j. obser.35

Salis Card benid. quattū plus minus ijj aqa
ejusd: exhibit. sudoē abunde prouocat. et
m. p.ijst praestantiss: vtmid. vid. Baguin Tyro
cin: chym. Lib: 2. cap. 17. Sub imis.: p.: 409

ad deobstruendos pororum cubi como
dissime praestat ordinem in multa di
lata: quae ad extrema corpis pars
facile ferunter. Lentorq; et crassos
humores attenuant: Senert de feb:
l: 2 cap: 11

formâ ſumantur, præſtat tamen ſemper potionem ſuperbibere. Huc refertur ſyrupus S. Ambroſij, qui conſtat ex milio cocto in aquæ partibus duabus & vna vini.

Officinalia, ſunt aquæ cardui-benedicti, cerefolij, fumarię, florum ſambuci, item theriaca & mithridatium, aliáque, vt electuarium de ovo, & ſimilia.

LIBRI PRIMI
PARTIS PRIMÆ
SECT. III.

De Medicamentis, cauſam morbificam motu peccantem ſpectantibus.

TYPVS SECTIONIS.

Medicamenta, cauſam morbificam motu peccantem ſpectantia, ſunt ratione
- Materiæ fluentis, *Incraſſantia.*
- Partis recipientis, *Repellentia.* quibus finitima *Emplaſtica.*
- Viarum,
  - *Intercipientia.*
  - *Adſtringentia.*

INCRASSANTIA.

ΠΑΧΥΝΤΙΚΑ' Græcis dicta ſunt, quę tenues ac fluxos humores craſſiores, adeóque minùs fluxos reddũt. Qualia ſunt in actiuis frigida,

aut temperata, citra vllam acrimoniam: ſubſtantiæ craſſæ ac terrenæ, cuius commixtione humores tenuiores conſiſtentiam craſſiorem acquirunt, non ſecùs, ac terrâ aquæ mixtâ fit lutum. *Materiam* quod attinet incraſſantium, quandoquidem qualitate conueniunt cum repellentibus, adſtringentibus, emplaſticis, glutinantibus, epuloticis, & ſuprà dictis bilem incraſſantibus, ex illorum ergo tabulis petenda.

Repellentia.

Ἀπωθητικὰ Græcis dicta, ſunt, quæ humoris influxum prohibent, vel eum, qui influxit iam in partem, nondum tamen impactus eſt, ſed remeabilis adhuc, reprimunt & repercutiunt. Naturæ ſunt frigidæ, ſed alia inſuper ſicca & terrenæ ſubſtantiæ, quæ validiora & propriè talia; alia verò inſuper humida & aquea, quæ leuiora: nam quò qualitas prima in ſubiecto eſt denſiore, eò efficaciùs operatur. *Vſus* primarius ad inflammationum ortus & incrementa prohibenda, ſecundarius in quouis rheumatiſmo à plethora, vel cacochymia. *Materia* horum talis eſt, è quibus quæ valentiora, ſapore acerbo vel auſtero facilè dignoſcuntur.

Radices; pruni ſylueſtris, pentaphylli, biſtortæ, tormentillæ.

Cortices, radicis mandragoræ, quercus circa radicem, malicorium, h.e. cortex granatorum.

Folia; lentiſci, cupreſſi, rubi, ſolani, plantaginis, myrthi, vitis pampinus, ſumach ſeu rhus ob-

ſonio-

soniorum, folia quercus, liguſtri, hyoſciami, ſemperuiui, vmbilici Veneris, portulacæ, lactucæ, endiuiæ, cichorii, polygoni, auriculæ muris, lentis paluſtris, equiſeti, pyri.

Semina; pſyllii, plantaginis, myrtillorum, roſarum.

Flores; roſarum rubrarum, balauſtiorum, h.e. ſylueſtris punicæ flos, cytinus, h.e. ſatiuæ punicæ flos.

Fructus; cydonia, ſorba, berberis, corna, nuces cupreſſi, myrtilli, gallæ virides, meſpila, pyra ſylueſtria.

Succi; acacia, hypociſtis, omphacium, acetum, ſuccus granatorum, limonum, mororum immaturorum.

Animal excrem. albumen oui.

Mineralia; alumen, vitriolum, ceruſa, plumbum, ſal, tuthia.

Terræ; bolus armena, terra ſigillata.

Gummi; ſanguis draconis.

Aquæ; foliorum in hac tabula recenſitorum, quæcunque ſunt vſitatæ in officinis, roſarum.

Olea; roſarum, myrtillorum, cydoniorum, omphacinum, lentiſcinum, maſticinum.

Vnguenta; comitiſſæ, refrigerans Galeni, populeonis, de bolo.

Emplaſtra; contra rupturam, de maſtice.

EMPLASTICA.

Dicuntur, quæ corporis meatibus & poris illita, iis tenaciter adhærent, h.e. oblinunt, opplent,

atque obstruunt meatus. Quoad *qualitates*, in actiuis temperata sunt, sine euidenti calore aut frigiditate, sine vllâ acrimoniâ aut mordicatione: in passiuis, quædam illorum habent consistentiam crassam & terrenam omninò, citra morsum desiccantem, quædam insuper etiam aqueo vel aëreo humore perfusa, vnde fiunt tenacia ac lenta. *Vsus* horum in fluxionibus omnibus coercendis, hæmorrhagiâ quauis, narium præsertim; vulneribus & vlceribus humidioribus, quæ fouenturâ fluxione, exiccandis. Secundariò etiam ad suppurandum; cutis enim meatus opplent, & calorem continent, quò tumores faciliùs maturentur. Talia sunt sequentia, quæ in formam cataplasmatis, emplastri, vel pultis maximè præscribuntur.

Radices; altheæ, liliorum, maluæ, symphyti.

Folia; alceæ, maluæ, portulacæ.

Semina; fœnogræci, lupinorum, sesami.

Fructus; vuæ passæ, ficus, nuclei pineorum aquâ macerati.

Gummi; arabicum, tragacanthæ, sanguis draconis, mastice, sarcocolla, thus & eius cortex.

Animalium partes, excrementa; mumia, cera, oui albumen, adipes recentiores, & medullæ quadrupedum, butyrum recens, caseus recens, œsypus, agni caput, porci pedes, vituli caput & pedes: spodium de ebore, h.e. materiâ dentium elephantinorum.

Terræ; bolus armena, terra sigillata.

Farinæ; tritici, amylum, farina volatilis, fabarum.

Muci-

Juli nullis abellanæ inter illa quæ maxime astringunt numerand: vid. Icones plan
Plantini ex Lobell:
Sanguisorba: Angl: Burnet. of wch. Turner: ye Leafe is pleasant both in taste &
smell, & is good to be put both in green bitter
Sale, for this yt are disposed much to any
Rhewme or flux in ye body. & in my judg
me. ye use of it is good both with & wth
out, agst an hot Cunning gout, namely ye
Leaues: Turners herball:
ad alba ferunt. fluxui apprime valere
Dodonæus. in Icone cuius et Epoton. Turn

Mucilagines; cuiuſcunque generis.

Mineralia & metallica; alumen, lithargyrium, ceruſa, ſtibium, plumbum vſtum, cadmia, pompholix, calx.

Lapides; hæmatites, gypſum, calaminaris.

Reſinæ; omnes, pix.

Marina; corallium, cochleæ, ſuccinum.

Olea; omnia temperata.

Vnguenta; album Rhaſis, vnguentum nutritum, diapompholygos, vnguentum deſiccatiuum rubrum.

INTERCIPIENTIA.

Vulgò *Defenſiua*, quæ facultate frigidâ & adſtringente humoribus in ipſa via aditum intercludunt, ne ad partem affectam pertingant. A repellentibus ſolùm ratione loci differunt; hæc enim adhibentur parti affectæ: intercipientia verò viis, per quas humor defluit. *Materia* itaque intercipientium eadem cum repellentibus.

ADSTRINGENTIA.

Aliàs *Occludentia*, *Conſtringentia*, *Contrahentia* & *Obſtruentia* nominantur. Græcis στρωτικὰ, συνεκτικὰ, συνδετικὰ. Communiter verò ac generaliori ſignificatu adſtringentis vox ſub ſe comprehendit etiam repellentia, condenſantia, incraſſantia, partes roborantia. Strictè verò hoc loco denotat tantùm medicamenta grandiores corporis meatus, vt ſunt, venarum, uteri, inteſtinorum, &c. coarctantia, & vndique conſtringentia, ad differentiam condenſantium, quæ tenues tan-

tùm & exiles poros cutis constringunt. Substantiæ secundùm Galen. 5. simplic. fac. c. 14. sunt crassæ, frigida & sicca: quorum *vsus* in alui fluxibus, dysenteriâ, catarrhis, & humorum quouis impetu coercendo, ac sensibili quâuis excretione cohibendâ. Qualia sunt sequentia, quibus semper calidiora, quæ partes roborant, commiscenda.

Radices; bistortæ, consolidæ maioris, tormentillæ, rhabarbarum tostum.

Cortices; myrobalanorum, granatorum, thuris, glandium calices.

Ligna; santala.

Folia; plantaginis, centinodiæ, *(polygoni latifolij,)* equiseti, bursæ pastoris, pilosellæ, myrthi.

Flores; balaustia, rosarum.

Semina; acetosæ, portulacæ, myrtillorum, plantaginis, papaueris albi, rosarum, acini vuarum passarum, oryza.

Fructus; cydonia, pyra, sorba, corna, mespila, granata, ribes, berbetis, mora immatura, nuces cupressi, gallæ.

Succi & *liquores*; amylum, acacia, hypocistis, succus cydoniorum, agresta, vinum austerum, lac chalybeatum, ferratum.

Animal. cornu cerui vstum, ebur, mumia.

Gummi; tragacanthæ, mastix ad ʒ j., sanguis draconis.

Lapides ac *terra*; lapis hæmatites, terra sigillata, bolus armena.

Metallica; alumen, ferrum, crocus Martis.

Marina; corallia, succinum, margarithæ.

quibus annumerari possunt.
Pulmonaria ex Lactis cremore cocta. et
caput. sorb: &c. ysse cremor ad extra appli
cata: qui apprime valet articulis Lacertum
qui sciatica contingit in morbo cui nomen
Raziz Ref: Andr. Richeb. vid. supra de hac
re Recept: pag. 247.
quid in id valeat optime ad anq; prolixe
disserit.
profluvio mulieru albo. mirifice confe
runt Trifolia pratensia: Fuchs plant
hist: cap de trifol:
abunde constat utranq; sanguisorbā
in ritu cingendi ac suppinendi sanguinis
profluvijs et efficaciss: adeo ut
nonnulli constanter affirmant eas etiam
manibus gestatas sanguinem inducere
rante fistule posse: Experientia cer
compertū est ad mulierum profluvia sana
du; nullū posse reperiri presentius ijs stri
pibus præsidiū, glutinant etiā vulnera
illarū fossa, carcinomatiq; et fistulis
medentur: Generosum item ac strenuum
remedium esse ad dysenterias &c
reliquos ventris fluxus, si ex aqua aut
vino bibantur, neminj non notū est
Fuchs: plantar hist: cap. de sanguisorba.
Colubrina seu Serpentaria virginea.
Ic. bistorta. radix mirifice astringit
antiquus manuscriptus herbarius. frigi

frigidus et siccus in 3to ordine constit.
glutinant vulnera, fatu in vino &c
sistent, vomitu biliosu reprimunt, dysen
teria sanant ——— non alias q̃ tu
nica tent facultates, astringendi
minim̃ privatim ad ea q̃ os et to
stilla sunt depastentia bibita aut omo
data et ad omnia alia quibus astrin
hone opus ẽ — folia etiã in fasciã
ta. Labilit dentes confirmant: Fuchs
plant. histor. cap. de Serpentar.
Pentaphyllon h̃, pentaphylli, folia, flores
et radices astringant vehementer, ab
deo vt Galenus ait, radix cujus mel
tus ẽ vsus ex his ẽ ordine secundo
minimum habentibus evidentis caliditã
tis: Fuchs. plant. histor: cap. de
pentaphyllo, item ex Galeno. sic tri
pentaphylli radix desiccat vehementer, minus
vero aeris ẽ, quare in multo ẽ vsu; reliqui
alia quoq omnia quæ cum tripentaphyllo
cibra morsu desiccant: Fuchs. ibid.
Id tempanis obtinet Potentilla. vti Dioscorides
Fuchs: ibid cap. de Potentilla:
De bursa Pastoris. Manuscripti herbarii
ut sanguinis e naribus effluentis mirifice
sistere posse: herba quoq̃ in mana gestata
facit: non id efficere credit: q̃ malta
mini efficax ẽ ni comprimendis omnibus
sanguinis eruptionibus: Fuchs. plant.
histor. cap. de burs: pastor.

Aquæ, rosarum, plantaginis, portulacæ, centinodiæ, acetosæ.

Syrupi; cydoniorum, rosarum siccarum, granatorum, myrtinus, miua cydoniorum.

Condita; cydonia condita, corna condita.

Conservæ & confectiones; conserua rosarum vetus, diacodium, philonium, theriaca recens.

Trochisci; de rhabarbaro, spodio, carabe.

LIBRI PRIMI
PARTIS PRIMAE
SECT. IV.
De Medicamentis, causæ peccanti quiete dicatis.

TYPVS SECTIONIS.



LAXANTIA.

ΧΑΛΑΣΤΙΚΑ propriè dicta sunt, quæ materiam in parte collectam evacuant vel *insensi-*

biliter, vel *sensibiliter*. *Insensibiliter* quidem euacuant attenuantia, emollientia, rarefacientia, discutientia, nonnunquam attrahentia, & absorbentia: aliquando, vt initio inflammationum, repellentia. *Sensibiliter* verò, vbi repelli aut dissolui nequit materia, primùm maturantibus pus est præparanda, deinde euacuanda pus aperientibus. Quæ omnia, pro modo & diuersitate affectus, sola, mixta vsurpantur: de quibus proprio loco partim actum, partim agendum. Adeò vt non opus sit laxantibus propriam classem assignare, cùm eandem cum prædictis materiam obtineant.

DISCVTIENTIA.

Diaphoretica, discutientia, digerentia, resoluentia, communiter vocantur medicamenta humores in halitus dissoluentia, & noxiam materiam per ἀδηλον διαπνοὴν euacuantia: quorum alia leuia sunt, & debiliter digerentia, *Rarefacientia* dicta, de quibus paulò pòst in secunda parte huius libri: alia verò fortiora, & validiùs digerentia, *Diaphoretica simpliciter* nuncupata, quæ calida siccaque sunt, partiumque tenuium: hæc enim penetrando crassos & viscidos humores in aliqua parte hærentes attenuant, & in halitus dissoluunt, vt postea per se facilè dissipentur & discutiantur. Facultate cognata sunt flatus discutientibus, aut potiùs eadem cum illis. *Materia* ergo petenda ex tabula attenuantium & emollientium validiorum, ex tabula item flatus discutientium, quæ vide suo loco.

ABSORBENTIA.

Quæ validâ attenuandi exiccandiq́ue vi, humorem emollitum & attenuatum, citra dissolutionem depascunt & absumunt, dicuntur medicamenta *Absorbentia*: quorum *vsus* est in tumoribus œdematosis, nonnunquam etiam scirrhosis; sed post vsum emollientium & attenuantium. Talia sunt sequentia, quæ formâ vaporis, aut fotûs cum spongia, vnguenti, vel emplastri vsurpati possunt.

Liquores; acetum, muria, aqua marina, lixiuia è cineribus sarmentorum & similium, vt ab extincta elotaq́ue calce.

Cinis; omnis, ficulneus maximè, sarmentitius, ex ilice, brassica, & herbis aliis nitrosis.

Mineralia; alumen, sal, nitrum, sulphur, calx.

Olea; Philosophorum, petroleum, euphorbii, castorei, costinum.

ATTRAHENTIA.

Ἑλκτικὰ ἢ ὀπτασικὰ sunt, quæ humores altè impactos in superficiem eliciunt. Idq́ue qualitate vel occultâ, de quibus mox; vel manifestâ: eâq́ue vel insitâ, vt *thapsia*; vel acquisitâ à putredine, vt *fimus columbinus*. Talia sunt calida sicca & tenuium partium; caloris enim est trahere, siccitas est lima caloris, tenuitas partium actionem caloris accelerat. Quoad *gradum*, alia sunt leuiora attrahentia, calida sicca 2.: alia validiora, quæ simul etiam discutiunt, μετασυστατικὰ dicta, calida sicca 3. *Vsus* in humoribus, spiritibus & flati-

bus altè impactis eliciendis ad cutem, v. g. in abſceſſibus criticis, bubonibus, iſchiade, hydrope, venenis, tabidis ad alimentum reuocandum. *Materia* hæc eſt.

Radices; thapſiæ, enulæ campanæ, iridis, ariſtolochiæ rotundæ, cyclaminis, pyrethri, arundinis, narciſci, cepæ, allium.

Herbæ & folia; iberidis, calaminthæ, thlaſpi, anagallidis purpureæ, hederæ, tithymali & eſulæ omnes, flammula, lepidium, arum, ſaponaria, dictamnus Creticus, ranunculus (*præcipuè ſylueſtris*,) vrtica, hydropiper, chamelæa, thymelæa, laureola.

Semina; ſinapi, vrticæ, naſturtii, thlaſpi, ſtaphiſagriæ, verbaſci, cardamomum, capſicum.

Gummi; ammoniacum, euphorbium, galbanum, ſagapenum, bdellium, opopanax.

[*Quæ tamen, vt obiter moneam, ſecundùm vulgarem conſuetudinem, in hac & aliis tabulis, ad gummata referimus*; *ne iuniores in lectione materiæ Medicæ aut Recepturum turbentur*: *aliàs* bdellium *propriè eſt reſina*; *reliqua verò ſunt ſucci inſpiſſati.*]

Reſinæ; pix arida, reſina vulgaris.

Excrementa; mel, ſtercus caprinum, fimus columbinus, aſininus, & omnes.

Animal. cantharides, ſcorpiones, caſtoreum.

Lapid. & mineral. magnes, ſulphur.

Marina; ſuccinum, ſiue electrum.

Emplaſtra; oxycroceum, de meliloto, fermentum acerrimum.

Extrahentia.

Sub attrahentibus comprehenduntur, quæ occul-

Venena, clavos, sentes, spinas et aculeos imposita. anagallis vtrabis, (magis vero mas) extrahit: vid Lonicera.

cultâ qualitate venenum, ſpicula vel alia vulneribus infixa, extrahunt: quorum indefinitus cùm ſit numerus, nec dum ſatis conſtet cuiuſque extrahendi corporis analogum medicamentum epiſpaſticum, ea propter communibus potiſſimùm & indeterminatis, cuiuſcunque corporis infixi extractionem adiuuantibus, contenti erimus. Veluti ſunt ſequentia.

Radices; ariſtolochiæ rotundæ, iridis noſtratis, arundinis, paſtinacæ ſylueſtris, ari, bulbi omnes, eryngii radix cum melle trita.

Folia; geniſtæ, dictamnus Creticus, rubacum; (quæ duo venenum extrahunt,) anagallis vtraque, verbaſcum vulgare.

Cortex medianus tiliæ.

Semina; verbaſci, ſinapi.

Gummi; ammoniacum, galbanum, opopanax.

Animal. cochleæ terreſtres tritæ cum putamine, lacertæ caput in puluerem tritum, lingua vulpis præparata, (eodem modo quo pulmo ipſius,) vino rubro vel decocto ariſtolochiæ rotundæ madefacta, valet ad extrahendum plumbum.

Excrem. propolis.

Lapides; magnes præparatus ferrum rahit, lapis lyncis paleas, & herbarum cauliculos.

Marin. ſuccinum etiam paleas trahit.

Emplaſtra; apoſtolicum, fermentum.

Vnguentum nigrum ſeu fuſcum Nicolai.

VESICANTIA.

Ab effectu nomen ſortita ſunt medicamenta;

quæ vel parti tantùm ruborem inducunt, vnde *Phœnigmi* dicuntur, vel insuper etiam vesicas excitant, quibus apertis serosus humor effluit, vnde *Vesicantia* nominantur. Naturæ sunt calidæ 4. gradu: sed substantiæ tenuis, cuius causâ superficiem partis penetrare possunt. *Vsus*, cùm materia neque attenuantibus, neque mollientibus, neque attrahentibus discuti potest: violenter enim attrahunt, dissoluunt & colliquant, cuticulam instar feruentis aquæ in vesicam attollunt, in quam, quicquid humoris attractum, colligitur. *Materiam* quod attinet, multa quidem ex attrahentium tabula huc solent referri, operationem vesicantium iuuantia: pauciſſima tamen sunt, quæ ad hanc classem per se possunt referri, nimirum.

Cantharides cum aceto fortiſſimo malaxatæ.

Thapsia, eius nimirum *radix* & *flos*.

Flammula Iouis.

Radix ranunculi minoris, h.e. 5. Matthiol. & 3. Fuchs. qui etiam flammula dicitur Gesnero.

Fermentum vstum.

Svppvrantia.

Ἐπισυντικὰ seu suppurantia medicamenta sunt, quæ naturam in puris generatione adiuuant: quorum *vsus*, si discutientibus medicamentis malum non cedat, in tumoribus sanguineis vel cum sanguine mixtis, vtpotè qui soli suppurari possunt: in tumoribus enim ex bile & melancholia vix sine periculo adhibentur suppurantia, quin degenerent & corrumpantur hi humores, vt cancrum

Emplu Epispasticū in Pharmacopœa
Lond. novissi. Edit. reperiū: optima beſi
catoriū / Dr. Eadr. /

crum & maligna vlcera excitent. Naturæ ſecundùm Galen. 5. ſimpl. cap. 8. 9. ſunt ſimilimæ corpori & parti, cui adhibentur, (in calore ſc. & humore,) vt calorem innatum augeant & foueant, qui huius concoctionis autor eſt: præterea emplaſtica, quæ lentore ſuo cutis ſpiracula occludunt, ſpiritus & calorem intùs cohibent, vt auctior redditus, humorem faciliùs maturare poſſit. Qualia ſunt ſequentia, è quibus ſi quædam ficciora vel humidiora videntur, aliorum miſtione contemperanda.

Radices; altheæ, liliorum alborum, tuſſilaginis, bryoniæ recentis, cucumeris ſylueſtris recentis, cepa cocta.

Folia; altheæ, maluæ, acetoſæ, brancæ vrſinæ, viſcum.

Semina; lini, fœnogræci, hordei, tritici.

Farinæ; hordei, tritici; panis triticei, orobi.

Fructus; caricæ pingues, paſſulæ, dactyli pingues.

Gummi; ammoniacum, bdellium.

Reſinæ; terebinthina laricea, thus, ſtyrax liquidus, pix, reſina vulgaris.

Animal. adeps gallinaceus, anſerinus, axungia porci, medulla vituli, butyrum, œſypus, vitellum oui, cera flaua, propolis, lac.

Seuum quodcunque.

Succi & liquor. ſapa, aqua calida perfuſa, hydrelæum, ladanum.

Olea; oleum dulce, amygdalarum dulcium, ſeminis lini, liliorum alborum.

Vnguenta; altheæ, resumtiuum, basiliconis, Agrippæ, aureum.

Emplastra; diachylum simplex & compositum cum gummi, fermentum.

Aperientia Apostema.

Varia quidem sunt, quæ pus aperiunt, inter quæ fimus columbinus, ranunculus, cantharides, lac ficulneum; attamen tumores maturati vsitatiùs ferro & igne, siue cauterio actuali vel potentiali aperiri solent.

LIBRI PRIMI

Pars Secvnda.

De Remediis respicientibus morborum summa genera.

Diatyposis huius Partis.

Morborvm summa genera tria sunt, Intemperies, Mala compositio, Vnitatis solutio.

Intemperies vel est simplex, cui opponuntur *Alterantia*: vel cum materia, quæ habet rationem causæ, & postulat remedia *causis opponenda*. De his actum parte primâ.

Instrumentorum vitia, quæ quidem medicamentis tolluntur, sunt: 1. Angustia meatuum insen-

insensibilium, Densitas nimirum, cui opponuntur *Rarefacientia*. 2. Dilatatio mearum insensibilium, cui *Condensantia*; sensibilium, cui *Adstringentia* (suprà explicata) opponuntur. 3. Morbi quidam ab hypersarcosi nati, vt constipatio cauitatis, magnitudo vel numerus auctus, qui requirunt *Catharetica*, vbi de *Pyroticis* in genere.

Reliquorum malæ compositionis morborum remedia vel sunt Præseruatoria, opposita eorum causis, cum quibus vnà tolluntur, adeoque hîc non repetenda, vel Chirurgica, adeoque huc impertinentia.

Vnitas soluta, vel est simplex, & requirit *Glutinantia*, quò spectant *Vulneraria*; vel coniuncta cum deperditione substantiæ, huc *Sarcotica*, *Epulotica*, *Callum generantia*. De quibus singulis in specie.

RAREFACIENTIA.

Ἀραιωτικὰ Græcis dicta sunt, quæ cutis meatus ac poros aperiunt, ad insensilem transpirationem procurandam. Talia sunt calida moderatè, nostroque similima calori, humida, vt laxent, nam sicca coarctant; tenuium partium, vt penetrent. *Vsus* præcipuè externus, ad internas maximè putredines euitandas; vaporibus & fuliginibus sanguinis hac ratione dissipatis: in tumoribus superficiariis, vbi materia est calidior, pars verò naturâ mollis & rara, vt humor in parte contentus, tumorem dolorémve excitans, solu-

tus, in vapores meliùs exhalare possit. Qualia sequentia existunt.

Radices; altheæ, liliorum alborum.

Folia; anethi, maluæ, violariæ, sambuci, ebuli, brancæ vrsinæ, mercurialis.

Flores; camomillæ, meliloti, sambuci.

Semina; lini, fœnogræci.

Fructus; ficus aridæ.

Adipes & *axungia*; porcina, vitulina, gallinacea, humana, anserina.

Excrementa; butyrum recens, œsypus.

Aquæ; camomillæ, liliorum alborum, aqua tepida, eiusque balneum.

Olea; oliuarum, liliorum alborum, violarum, amygdalarum dulcium, lumbricorum, camomillæ, anethi, seminis lini, irinum, iasminum.

Vnguenta; resumtiuum, altheæ.

CONDENSANTIA.

Πυκνωτικὰ sunt, quæ poros cutis contrahunt, ad insensilem transpirationem cohibendam. Naturæ, respectu adstringentium (de quibus suprà) magis aqueæ. Quorum *vsus* ad nimium sudorem, & spirituum dissolutionem inhibendam. *Materia* sequens est.

Folia; semperuiuum maius & minus, lactuca, portulaca, vmbilicus Veneris, endiuia, cicerbita, dens leonis, psyllium, nymphæa, lenticula palustris.

Aqua frigida. Summatim, quæcunque refrigerant, sed non adstringunt, tenues quidem po-

ros

ros contrahunt; sed totam partem valentiùs adstringere nequeunt.

PYROTICA.

Pyrotica in genere dicuntur, quæ calore suo excedente, non secùs ac ignis vel aqua feruens, cutim in varios vsus adurunt. Vnde igneæ prorsus naturæ esse necesse est. Differunt tamen gradibus caloris & modo materiæ. Primi generis sunt *Rubificantia* & *Vesicantia*, omnium mitissima, de quibus suprà. Secundi generis sunt *Catharetica*, exedentia siue corrodentia, sarcoticis opposita, quæ in superficiem tantùm agunt, citra vicinæ parti corruptionem, eamque leniter ac sensim arrodunt, atterunt, detrahunt atque absumunt. Calida sicca in 3. & 4. gradu, substantiæ tenuis, vt se in materiam absumendam insinuent, &, priusquàm longiùs penetrare queant, dissipentur. Tertii generis sunt *Septica*, vel putrefacientia, carhæreticis acriora, quæ altiùs penetrant, carnemque tenuem colliquant, putrefaciunt & corrumpunt. Idque faciunt non tàm summi caloris beneficio, quàm malignâ qualitate, quam propter calori natiuo infensissima, eius συμπνοιαν destruunt, vnde sequitur humidi primigenii dissolutio & cadaueroſa putrilago. Substantiæ sunt multò crassioris, quàm superiora, (moderatè tamen, cùm sint aliàs leptomera;) tenuior enim à calore nostro facilè dissipatur. Quarti generis sunt *Escharotica*, aliàs *Caustica*, & *Cauteria potentialia*; (licèt alii diserimen consti-

tuant inter Escharoticum & Causticum, vt illud sit mitius, hoc vehementius,) quæ altissimè penetrant, nec modò cuticulam, sed veram etiam cutim, instar ignis, repentè adurunt, crustâ duriore inductâ, quam Escharam vocant. Calidissima sunt in 4. gradu, substantiæ absolutè crassæ & terrenæ, ob quam summus calor non facilè difflatur; sed tenuiter adhærens violenter vrit, vellicat. *Vsus: Cathæreticorum.* In excrescentia carnis, seu morbis ab hypersarcosi natis: in polypo, tuberculis, verrucis, callis absumendis, detrahendis. *Septicorum.* In tumoribus variis, polypis, ozænis, in callis & excrescentiis, vlceribus putridis, phagedænicis, malignis, partibus corruptis auferendis. Sed hæc potiùs, quia labem inemendabilem relinquunt, ex agro Chirurgico exterminanda essent, eorumque loco vsurpanda, si opus. Detergentia, Cathæretica, Escharotica. *Escharoticorum* siue *Causticorum.* Cùm cutis quâuis de causâ aperienda est, & laborans sectionem vel vstionem per cauterium actuale ferre nequit, tunc vtimur medicamento causticò. Item, vbi sanguinem supprimere volumus è vasorum erosione erumpentem; nam crustam inducit, tanquam operculum, parti, è qua sanguis fluit. Pyroticis annumerantur *Psilothra*, seu medicamenta depilatoria, h.e partem pilosam glabram reddentia; habent enim & ipsa facultatem erodentem & causticam.

Materia Cathæreticorum.

Radices; aristolochiæ rotundæ in furno siccatæ, aspho-

asphodeli, cucumeris syluestris, quæ mitiora; hellebori nigri, quæ validior.

Cineres; testarum concharum, tithymalorum, gallarum vstarum.

Lapides; pumex crematus, lapis lazuli illotus, quæ mitiora.

Mineralia; vitriolum calcinatum, plumbum vstum, alumen vstum, argentum viuum præcipitatum, ærugo, sublimatum, æris squamma, calx, chalcitis, misy, sory, antimonium calcinatum peculiariter ad cancros, sal ammoniacum, cinabrium.

Olea; vitrioli, sulphuris. *Aqua fortis.*

Vnguenta; apostolorum, ægyptiacum, isidis.

Trochisci; Musæ, Pasionis, Andronis.

Materia Septicorum.

Arsenicum { Purum. / Sublimatum.

Auripigmentum.
Cedrinus liquor.
Chrysocolla.
Sandaracha. Græcorum.
Aconitum.
Dryopteris.
Pithyocampe.

Materia Causticorum siue Escharoticorum.

Materia *communis* est ferè lixiuium, è quo sapo conficitur, ex quo vel solo cauterium fieri potest, quod sexcentis aliis præfert Heurnius l. 1. meth. ad praxin, quem vide ibidem. *Propria* materia

est multiplex, ac vix Chirurgus existit, qui non aliquid secreti iactitet: alius enim lixiuio addit vitriolum sublimatum, auripigmentum, salem ammoniacum, nitrum, fel vitri, cineres clauellatos, salem gemmæ, &c. ex quibus variè *componunt sua cauteria.*

Psilothra.

Ad depilandas partes, alii vrentia actu vsurpant, (aurum maximè,) alii potestate agentia, qualia sunt,

Lixiuium forte.
Calx viua.
Oua formicarum.
Sandaracha.
Arsenicum.
Auripigmentum.
Oleum { Sulphuris. / Vitrioli.

Glvtinantia.

Κολλητικὰ medicamenta sunt, quæ labra recentis vulneris coniungunt. Talia in calore sunt temperata, ne acrimoniâ feriant: in reliquis qualitatibus desiccant cum adstrictione, & substantiæ crassitie: sic enim prohibent, ne inter labra coitura aut influat, aut succrescat humor. *Vsus* in cruentis vulneribus, quamuis & vlceribus, vbi mundata sunt. Hæc autem *materia* vsitatior.

Radices; pentaphylli, tormentillæ, symphyti.

Folia; sanículæ, pyrolæ, pilosellæ, herniariæ, cynoglossi, plantaginis, hyperici, verbenæ, salicis,

Sideritis tantam vim habet vt quamuis recenti gladiatoris vulneri illigata sanguinem claudat. ex Plinio: Fuchs plant. histor. cap. de Sideritide.

Perfoliata., vulnerib^a ff ulceribᵍ tam extrinsis
q interniis curandis aptissima t herba, hec-n-glu
tinat, valet autē potissimū ad cancres pectoris
sanandos, auxiliatur etiā Exulcerationib^a et ex
crementis umbilici: plurimus hujus apud chyrur
gos usus: Fuchs: plant: histor.
Recentiorū medici Experientiâ cognitū t
herbā. sti Jacobi, vel Jacobaeam vulne
ribus mirifice mederi et ad mitrancea
posse: fistulas quoq; idē curare et ne
ultra serpant efficere, impositā tradunt
Fuchs. hist. plant. cap. de sti Jacobi herb.

Telephium. seu Crassula major

Recentiores magna efficacia here mi
tentis vulneribus et ulceribus, mirifice
ac hemoptoi prodesse tradunt. Fuchs: hist.
plantar: cap. de Telephio

Spicata

Lysymachia, et ejus aqa stillatitia ad vul
nera cujuscunq; generis. ni oculi et alios phle
gmones Synanche. scrophulas gutt. sumi efficax
her Laudibus a Parkins. Theatr. Botan: capo
de Lysymachia spicata

Pilosella vide Fuchs: plant hist.

cis, ſcabioſæ, attractylis, iſatidis, camæpyteos, centaurii minoris, millefolii, betonicæ, bugulæ.

Gummi; ſarcocolla, ſanguis draconis.

Reſinæ; thus, myrrha, pix, terebinthina.

Succi; aloë, hypociſtis.

Animalia; mumia, lumbrici, pili leporis vſti.

Mineralia; lithargyrum, plumbum, cadmia, lapis calaminaris.

Vnguenta; de lithargyrio, de betonica.

VVLNERARIA.

Traumatica medicamenta ſunt, è quibus potiones vulnerariæ vulgò dictæ componuntur: quorum vis eſt ſingularis ſanguinem expurgandi, & ab omni excrementitiorum humorum colluuie vindicandi, vt ex eo, tanquam laudabili materia, caro & quæuis alia ſubſtantia deperdita promtè reponi poſſit, & pars priſtinæ vnioni reſtitui. Vide Paræum lib. 18. c. 28. *Vſus* in vlcerum & vulnerum difficiliore curatione. *Materia* ita ſe habet.

Radices; tormentillæ, conſolidæ vtriuſque, zedoariæ, galangæ, angelicæ, biſtortæ, ariſtolochiæ rotundæ, liquiritiæ, caryophyllatæ.

Herba ac folia; limonii, ſaniculæ, pyrolæ, verbenæ, alchymillæ, perſiccariæ, vincæ peruincæ, agrimoniæ, ophiogloſſi, cyclaminis, virgæ aureæ, vel conſolidæ ſarracenicæ, equiſeti, betonicæ, pimpinellæ ſanguiſorbæ, ceterach, artemiſiæ, lilii conuallii, centaurii minoris, veronicæ, polygonati, plantaginis, ſabinæ, cardui-bene-

dicti, piloſellæ, hyperici, tanaceti, herniariæ, ſcordii, ſerpentariæ.

Fructus; cicera rubra, grana iuniperi contuſa, nux iuglans.

Animalia; cancri fluuiatiles, aſtaci, mumia, oculi cancri.

Marina; ſperma ceti.

Lapid. ac *terræ*; corallum rubrum, album, bolus armena.

Aquæ deſtillatæ ex herbis prædictis.

SARCOTICA.

Medicamenta ſunt, quæ remouent impedimenta naturæ in carnis generatione; videlicet, duplex excrementum, quod in ipſa carnis generatione perpetuò gignitur: tenue nimirum, quod ichor ſiue ſanies vocatur, vnde vlcus humidum redditur: & craſſum, ſiue ſordes, vnde ſordidum efficitur: illud exiccandum, hoc detergendum eſt. Naturam itaque habent Sarcotica moderatè calidam & ſiccam, infrà ſecundùm ordinem, & detergentem ſine morſu: quod enim calidius, carnem colliquat; frigidius adſtringit, & ſanguinem ad generationem carnis fluentem repellit: ſiccius abſumit quod influit: detergens cum morſu non modò ſanguinem in carnem concreſcere non ſinit, ſed & mordicando fluxiones excitat. *Vſus* in vulneribus aut vlceribus cauis. Quoad *materiam*, quæ inter Sarcotica recenſentur, vix metè talia ſunt, quin ſimul vel glutinantia, vel detergentia, vel pus mouentia exiſtant; aliorum

pro-

Sanicula herba Sueui vulneratis mi polu
mirifice conferre experientia compertum e
tamores quog reprimere decocta herba in
posita adest ejus sueui illitu tam in homi
ne q in pecoribus constat: usg enim aliud
presentius auxiliu cu ad sanies vel pul
mones vitium decubuit et in suma omnia
quas symphyton prestat etia sanicula.
Johannes vero sanguinis sputo, dysenteria
renum q vitijs medetur: Fuchs. plant hij
cap. de sanicula.

Valneraib glutinandu aphs: e Pes Leonis
seu Alchymilla. este: Malitru mamas im
pense lanas linteu decocto ejusde intinctu
et impositum duras solidage efficit, de eo
du demig hoc epotu interanea vulne
ra et rupturas sanat: Fuchs: cap. de
pede Leonis.

Mamularia. a chirurg: centu morbia vo
catata. a nris in vulneribus quas prestat
viribus.: hec Conie. mi atq mulsa pota
pectori ac pulmonu exulcerationes sanat
Ued de hac Turnerus. Par hus.: Lonicerus
Lixiviam ex cinerib Tilie. factu mi qbitato
rij cu hydromiset. tab. iiij mixt cu mopsor
valet. ad vulnera sanandu vlcera. quib nt
na. sua: extorna. sananda: ij cumulus vl pol
vulnerarja. quolibet mane mi qbitato rij
hoc ex frigi experimto mri Minsall. Chyrur
gi Nottinghamiensis, qd ipse mihi retulit Aug. 16. 1556

proin temperanda mixtione. Proptiè verò talia sunt sequentia, inter quæ sicciora siccioribus, minùs sicca humidioribus adhibenda sunt corporibus.

Radices; symphyti, iridis, aristolochiæ.

Folia; hyperici.

Succi; aloe.

Farinæ; hordei, orobi, erui, fœnogræci.

Resinæ; thus, colophonia, mastix, resina pini, lachryma abietis, pix, terebinthina, myrrha.

Gummi; tragacantha, sanguis draconis, sarcocolla.

Mineralia; eadmia, ceruſa, tuthia, pompholix, lithargyrium, plumbum ustum & lotum.

Vnguenta; aureum, desiccatiuum rubrum.

Emplastra; de betonica, de gratia Dei.

EPVLOTICA.

Cicatrizantia sunt, quæ vlcus carne repletum cicatrice obducunt. In passiuis valdè sunt sicca, vt non modò absumant humorem influentem, sed & eum, qui in carne vlceris est: crassioris substantiæ, vt adstringant & contrahant. In actiuis frigida potiùs quàm calida, ac sine morsu; licèt multa inter epulotica numerentur, cum morsu desiccantia, durioribus tantùm corporibus conuenientia. *Vsus* patet. *Materia* hæc est.

Radices; aristolochiæ rotundæ, tormentillæ.

Folia; plantaginis, myrthi, granatorum, cauda equina, numularia.

Cortices; granatorum, glandium calices.

Cineres & vsta; lanæ crematæ, linteorum, gossypium vstum, spongia vsta, pili leporis vsti, testæ fornacum vstæ.

Gummi & succi; sanguis draconis, acacia.

Fructus; cupressi, gallæ immaturæ.

Flores; balaustia, rosarum.

Terræ; lemnia, armena, creta alba.

Lapides; hæmatites, calaminaris, gypsum.

Metallica; scoria ferri, alumen vstum, plumbum vstum & lotum, plumbi puluis, de quo vide Fernel. lib. 6. m.m. c. 16., æs vstum, ceruſa, lithargyrium, chalcitis, cadmia lota, pompholix, sulphur, auripigmentum, vitriolum, tuthia vsta, lota, antimonium vstum, calx lota, spodium.

Animal. cornu cerui vstum, os sepiæ, ebur vstum, ostreæ testa.

Marina; corallia.

Vnguenta; album Rhasis, nutritum, vel de lithargyrio, de ceruſa, de tuthia, de minio, desiccatiuum rubrum.

Cicatrices Delentia.

Adipes & medullæ; humana, asinina, ceruina, axungia thymali piscis.

Olea; myrrhæ, vitellorum ouorum, camphoræ, balsamum orientale.

Farina fabarum, & *succus* hederæ.

Semina; crucæ, sinapi.

Mineralia; borax, nitrum.

Aquæ; florum liliorum & fabarum. Ex quibus varia fiunt vnguenta, linimenta.

Cal

CALLVM GENERANTIA.

Πρωτικὰ dicuntur: non quòd propriè callum generant; hoc enim naturæ opus: sed quòd naturam hoc in opere adiuuant. Talia in actiuis moderatè sunt calefacientia, (ne resoluant & consumant succum, è quo callus generari debet,) in passiuis desiccant: quoad secundas qualitates, incrassant, indurant, adstringunt. Suntque

Interna; succus primulæ veris, radicis agrimoniæ succus aut puluis: cum primis lapis osteocollæ, ad ʒ j. cum aqua symphyti.

Externa; aloë, acacia, bolus armena, farina volatilis, lapis osteocollæ, nux cupressi, thus, gummi tragacanthæ.

LIBRI PRIMI

PARS TERTIA.

De Remediis respicientibus symptomata communissima, maximéq; vrgentia.

TYPVS.

Symptomata communissima, maximéq; vrgentia sunt sequentia, isque opposita remedia.

- Dolor, cui opponuntur — *Anodyna.* / *Narcotica.*
- Vigiliæ. *Hypnotica.*
- Sanguinis fluxus. Ἴσχαιμα.
- Syncope. *Reficientia spiritus.*

ANODYNA.

ANODYNA vel *paregorica* sunt, quæ persistente causâ doloris, neque tamen sensus sopiendo, dolorem leniunt: qualia sunt in actiuis qualitatibus quàm maximè temperata, & calori nostro similima: in passiuis humida; siue aquea, siue aerea: substantiæ tenuis, omnis adstrictionis expertia: hæc enim blando suo calore partis calorem fouent, tenuitate substantiæ in partes subeunt, benignâ humiditate easdem laxant; quò causa doloris in parte contenta, per ἄδηλον διαπνοὴν faciliùs discutiatur & euacuetur. *Materia* horum talis est, quæ sunt topica externa potissimùm.

Radices; althææ, liliorum, maluæ.

Folia; sambuci, maluæ, violariæ, anethi.

Semina; lini, fœnogræci, tritici eiusque farina, hordei.

Flores; camomillæ, meliloti, verbasci, crocus.

Animal. partes, excrem.; lac tepidum, butyrum recens, insulsum, œsypus, vitellum oui, caro animalium adhuc calens, omenta animalium, pulmones animalium recèns extinctorum.

Medullæ omnes officinales.

Adipes & axungiæ; suilla, anserina, gallinacea, humana.

Oleæ; oliuarum dulce, lumbricorum, rosarum, camomillæ, amygdalarum dulcium, liliorum, seminis lini, vitellorum ouorum, hydrelæum, anethinum, iasminum, keirinum, sesaminum.

Panis triticeus mediocriter coctus, calens.

Medul-

Medulla panis albi.

Mucilagines; seminis maluæ, psyllii, althææ, fœnogræci.

Sera; caprinum, ceruinum, hircinum.

Vnguenta; pectorale, althææ.

Ex quibus varia fiunt anodyna, fomenta, linimenta, pultes, cataplasmata.

NARCOTICA.

Narcotica medicamenta sunt, quæ partibus sensum auferunt, vel stuporem inducunt, ne id, quod dolorificum est, percipiant, quorum *vsus* in vehementissimis doloribus. Omnia quidem vehementer frigida, sed non tàm manifestâ frigiditate, quàm occultâ stuporem inducunt.

Radix mandragoræ, hyoscyami.

Folia; hyoscyami, mandragoræ, papaueris, solani somniferi, tabaci.

Flores; hyoscyami, papaueris, croci.

Semina; papaueris albi & nigri, hyoscyami, lolii.

Succi inspissati; mandragoræ, hyoscyami, opium.

Syrupi; papaueris albi, erratici.

Olea; mandragoræ, & seminis papaueris albi.

Opiatæ; theriaca recens, requies Nicolai, philonium Romanum, & Persicum.

Pilulæ; de cynogloſſo.

Laudanum opiatum siue nepenthes ad gr. iij. iiij. v.

HYPNOTICA.

Somnifera medicamenta dicuntur, quæ suaues

ἀναθυμιάσεις ad caput mittunt, & calidos ſiccos & acres vapores temperant. Quorum *vſus* maximè, vbi à vaporibus acribus vigiliæ proueniunt. Cuiuſmodi ſunt ſequentia.

Folia; lactucæ, ſemperuiui, anethi.

Semina; lactucæ, frigida maiora, papaueris albi.

Flores; violarum, nympheæ, roſarum.

Fructus; amygdalæ dulces, nuclei perſicorum.

Aquæ; violarum, nympheæ, lactucæ, portulaceæ, ſolani, roſarum.

Syrupi; violarum, nympheæ, papaueris.

Conſeruæ; violarum, nympheæ.

Condita; caules lactucæ Italicæ conditi.

Succi; lactucæ, nympheæ, ſolani.

Species; diamargariti frigidi.

Olea ad mungendum frontem, tempora, & plantas pedum; oleum violarum, nympheæ, papaueris albi, amygdalarum dulcium, anethi, ſalicis, mandragoræ, ranarum.

Medulla; crurum vituli, cerui.

Vnguentum populeonis. Ex quibus omnibus varia remedia ad ſomnum conciliandum, tùm interna, tùm externa, comparari poſſunt.

PROFLVENTEM SANGVINEM COHIBENTIA.

Ἴσχαιμα ſunt medicamenta ſiſtentia ſanguinem vberiùs prorumpentem ex vena; ſiue apertâ aut exesâ ſpontè, ſiue ruptâ aut in vulnere præciſâ. Præſtant autem id, præter medicamenta cauſtica, quæ venas vrendo cruſtulâ (tanquam operculo)

Conciliabunt somnū Mandragora et amygdalata et aliqđo vbertinū Negrinū: si bene parata fuerint ad gras 4 cū confect. violarū. sed nullū præstantius est remediū hypnoticū nec tutius: hucusq; Franborgarius: cuius descriptio ad nr̄m nr̄ consultationes de morbo Melancholico finis esset ad Vallis clarę Abbatē.

Spiritus Sanguis & pulmonibus · imprimis acerbi
stomachi Hypochondriaci cum aliis praeter. affi-
gentibus. ad unguem ut fabricatur. vid Hart-
mann. Harlem. pract: Chymiatr: p: 142.

culo) obducunt, quæ omnia cohibet, alia insuper medicamenta variis modis; videlicet, vi emplasticâ, quatenus crassâ aut lentâ substantiâ constant, venarum exitus infarciente atque implente: aut vi refrigerandi, adstringendi & siccandi, aliâve quâdam proprietate. Quorum omnium *materia* communiter sequens traditur.

Radices; symphyti, pentaphylli, rhabarbari torrefacti, vrticæ..

Cortices; granatorum, cortex pini.

Folia; plantaginis, centinodiæ, equiseti, vineæ peruincæ, pimpinellæ sanguisorbæ, androsæmi, vrticæ, salicis, lenticulæ palustris, lactucæ, portulacæ, solani, semperuiui vtriusque, rubi germina.

Flores; balaustia, cytini.

Fructus; mala cydonia, pyra austera, sorba, mespila, rubi, mora immatura, rhus obsoniorum, gallæ immaturæ, gallæ exustæ, moxque aceto vinóue extinctæ.

Succi & liquores; acacia, hypocistis, aloe, acetum, oxycratum vel posca, omphacium, aqua frigida, succus cucurbitæ, portulacæ, vinum austerum.

Resinæ; thus, myrrha, mastix, resina fricta. ʒ.m.m.ʒ.

Gummi; sanguis draconis.

Marina; corallia.

Animalium partes, excrementa; gluten, mumia internè, externè: albumen oui, tela araneæ, præsertim cui pollen è pristina adhæsit, sanguinis

grumus exiccatus, ſpodium de ebore, plumæ gallinaceæ combuſtæ, pili leporis & hominis combuſti, oſſa cremata.

Lapides; hæmatites, ſchiſtus, jaſpis, gypſum lotum.

Terræ; puluis communis 8. ſimpl., bolus, terra ſigillata.

Farinæ; tritici, fabarum, amylum.

Fuligines; fuligo à clybano, vel lebete æneo deraſa, fuligo thuris vel maſtices.

Mineralia; lithargyrium, ceruſa, pompholix, vitriolum, alumen.

Marina; ſpongia, quæ eſt fungus marinus.

Reficientia Spiritvs.

Non eſt hîc ſermo de iis, quæ cauſas ſpiritus reſoluentes tollunt, & per accidens eoſdem reficiunt: neque de iis, quæ cordis calorem roborant, ad cardiaca releganda, ſed de ſolis illis, quæ grato ſuo halitu & vapore ſubitò ſpiritus reficiunt, quorum *vſus* in animi deliquio & ſyncope. Qualia ſunt,

Radices; acori veri, angelicæ, caryophyllatæ, cyperi, iridis Florentinæ.

Cortices & *ligna*; citri, arantiorum, lignum aloes, ſantala, maximè citrina.

Folia; calamenthæ montanæ, hyſſopi, lauendulæ, maioranæ, meliſſæ, menthæ, ocymi, roſmarini, pulegii, ſerpilli, thymi.

Flores; arantiorum, caryophyllorum, citri, jaſmini, lilii conuallii, limonum, ſpicæ omnes, roſarum, viola purpurea.

Bal-

Chymic: ol: vitriol:

Bacca; iuniperi, lauri.

Fructus; cotonea benè matura, poma redolentia.

Aromata; caryophylli Indici, cinamomum, macis.

Resinæ ac *gummi*; styrax, camphora.

Excrementa; moschus, zibetum.

Aquæ & *aceta*; aqua cinamomi, florum citri, arantiorum, limonum, lauendulæ, jasmini, rosarum, acetum generosum, garyophyllatum, rosatum.

Olea odorata; cinamomi, costinum, de nuce moscata, spicæ, camphoræ, jasminum, garyophyllorum, oleum balsami, corticum citri, & similia.

NB In *mulieribus hæc odorata naribus non admouenda, vbi adest metus suffocationis vteri, sed potiùs grauedolentia*, vt castoreum, ruta, &c.

LIB. II.

DE MATERIA MEDICA particulari.

SECT. I.

De Remediis capitis.

TYPVS SECTIONIS.

CEPHALICA.

CEPHALICA propriè dicuntur, quæ cerebri calorem natiuum & ἰδιοσυγκρασίαν conser-

Succū Prunellæ cū aceto et rosaceo mixtū vehementer capitis dolores sedat recentiores vno consensu traduat. si tempora ex eo inungantur. Fuchs: plant. histor. cap de prunella:

cap. dol.

a Tilia. frigidis cerebri malis, Epilepsia
et id genus alijs miriſicè conferat; cuius
similes vires obtinet Ulmus. secundum Plu-
mium: vide: Fuchs. hist. plant: cap: de Tilia.

seruandi & instaurandi vim obtinent; cerebrumque ab omni causarum illuuie expurgatum confirmant. Quorum (vt & omnium aliorum corroborantium, à partibus ipsis denominationem habentium) *Vsus* tùm antequàm morbi inuaserint, tùm in ipsis, & post ipsos expugnatos: passim verò post vniuersales purgationes, ad robur partibus restituendum, (vndè nomen corroborantis,) ne posteà vitiosos humores, indeque nouos affectus, suscipiant, aliundè, aut fiat recidiua. Licèt verò eiusmodi corroborantium facultas videatur occulta; caliditatem tamen, vel frigiditatem coniunctam habent, quarum ope intemperiei calidæ frigidæve vestigia simul tolluntur. In specie verò etiam Cephalica duplicia sunt, calida, affectibus cerebri frigidis, & frigida, affectibus eiusdem calidis & siccis, vt delirijs, mitificandis idonea.

Calida.

Radices; aristolochiæ, insignis in epilepsia ab vtero, calami aromatici, acori & galangæ ad flatus, pœoniæ maris ad epilepsiam & pauores, viscum quercinum etiam, iridis Florentinæ, cyperi, zedoariæ.

Folia; betonicæ, maioranæ ad flatus, saluiæ angustifoliæ, & centaurii minoris ad neruos firmandos, rosmarini ad tremorem & paralysin, lauri, myrthi ad catarrhos, calamenthæ montanæ, lauendulæ, primulæ veris, ocymi garyophyllati, saturejæ, hyssopi, melissæ, origani.

Cortices & ligna; cortex citri, guajaci, saſſaphras, xyloaloë.

Semina; coriandri, fœniculi, ſiſeris montani, *bacca* iuniperi, lauri, myrthi, grana kermes, ſeu tinctorum, pœoniæ, melanthii, ſeu nigellæ ſemen.

Flores; ſtœchados Arabicæ, cerebri ac neruorum q. vita, vertigini, epilepſiæ, ac melancholiæ ſaluberrima; liſii conuallii, tiliæ, ſpicænardi, centaurii minoris, betonicæ, anthos, meliloti, camomillæ.

Fructus; anacardia, ſed cautè, cùm ſanguinem adurant.

Aromata; nux moſchata, cubebæ, gr. v. quotidiè deuorata, cardamomum m, acis, garyophylli aromatici, cinamomum, zingiber, piper ad humidum cerebrum.

Reſinæ; thus ad obliuionem, maſtix, ſtyrax, benzoin.

Animal. caſtoreum eximium, moſchus, cinis hirundinum, & ſtercus pauonum in epilepſia.

Marina; ambra, ſuccinum.

Aquæ; foliorum prædictorum ſtillaticiæ, aqua vitæ cum caſtoreo, theriacalis cum ſucco betonicæ, imperialis, cœleſtis, cinamomi.

Olea; nucis moſcatæ, garyophyllorum, cinamomi, maioranæ, ſuccini, roſmarini.

Syrupi; de ſtœchade, betonica, *mel* roſarum, anthos, oxymel ſimplex & compoſitum.

Conſeruæ; florum anthos, betonicæ, ſaluiæ, ſtœchados, tiliæ.

Con-

Lignū Iunipenninū non sine causa in cucullis adhiberetur, quippe cephalicū, nervosis & genuū malignis mirifice roborat. Schroder: Pharmac: med: lib 4 sec: Experientiâ ac quotidiano usu comprobatū est Agalachum quē vulgo lignū aloes vocatur vel suffitū vel naribus admotū mirifica ex vi sua corroborando cerebro ac sensibus excitandis, adeo ut si in pulv: redigatur admixtis aliis gargarismis ore efficax de corde cervi, caryophylloru ex ebore cervi, cary oleo argillae commixtum cary virus confortat cerebro, ut si gallinacei verticē eo oblinatur, cantillare ac crocitare non desinat: Levin: Lemni: de complexione lib 2: f: 119

Condita; corticum citri, acori, myrobalanorum, nucis moſcatæ. Coriandrum obductum.

Confectiones; theriaca, mithridatium vetus: confect. aurea Alexandrina, anacardina; ſed cautè.

Species dictæ in pituitam præparantibus.

Trochiſci; de carabe, gallia moſcata.

Externa.

Semen nigellæ vel cumini torrefacta, & linteo incluſa ſyncipiti admota.

Olea; myrtinum, rutaceum, laurinum, nardinum, nucis moſchatæ per expreſſionem.

Emplaſtra; de betonica, de baccis lauri, & in pertinaci dolore de Vigo cum Mercurio.

Ruta & ſerpillum, ad dolores, deliria, mentis perturbationem, & vigilias.

Eodem modo Verbena.

Frigida.

Herbæ; acetoſæ, lactucæ, portulacæ, violarum, cucumeris, capreoli vitium *(die glaben.)*

Ligna; ſantala, citrina, rubra, alba.

Flores; roſarum, violarum ad ſomnum, nymphæ.

Semina; 4. frigida maiora, lactucæ, pſyllii, papaueris albi.

Succi; citri, granatorum, ribes, acetum, omphacium, opium.

Gummi; camphora.

Aquæ ſtillatitiæ ex foliis & floribus prædictis.

Conſeruæ ex floribus modò dictis.

Condita; caules lactucæ, & cucurbitæ caro condita.

Species; diamargariti frigidi, diatrium santalon, diatragacanthi frigidi.

Trochisci; de camphora.

Externa.

Simplicia prædicta, quibus addenda *folia* hyoscyami, solani, semperuiui maioris, mandragoræ, salicis, pampini vitis.

Olea; ex floribus prædictis ac semine papaueris albi, omphacinum; ex floribus salicis, pro inunctione narium & temporum.

Vnguenta; rosatum refrigerans Gal.; populeonis: *ceratum* santalinum.

Cephalicis opponuntur, quæ capiti nocent. Qualia sunt seqq. lib. 2. compos. s. l. c. 1. sub finem. Semen agni casti: succus absynthii: oliuæ nigræ & maturæ: arbuti fructus: myrrha, thus secundâ valetudine haustum, vt Dioscor. vult: nam aliàs secundùm Auicen. obliuioni confert: hederæ cacumina, corymbi: fructus lentisci: crocus, peucedanum: cyclaminus sicca cum vino pota. Styrax multus somnos turbulentos facit, paucus tristitiam discutit. Omnia denique nimis odorata κεφαλάλγια inducunt, caput vaporibus replendo, in plethoricis præsertim.

Errhina.

Sunt medicamenta naribus indita, (vndè & Latinis *Nasalia*,) ad superfluam pituitam circa meninges & cerebrum per nares expurgandam, vel

de Anagallide: sic Schroder: Raro ex
tat, cutamen maxime commendatur in
Erythrite: Schrod. de Anagall. ad cerebru
purgat fluxus dentiu allevatiut. Lytatur
Lonicer. de virr: plant.

vel citra manifestam cerebri agitationem, excrementis sponte ad nares affluentibus, vel cum sternutamento, quæ propriè Sternutatoria. Censentur calida tenuia, acria & detergentia : inter quæ eligenda, quæ simul etiam Cephalica sunt. Materia horum vel *simplex* est, vel *composita*.

Simplicia sunt vel *sicca*, vel *humida*.

Sicca.

Pulueis, acori, castorei, croci, garyophyllorum, elaterii; (sed cautè & aliis liquidis errhinis dissolutus:) hellebori albi & nigri, nucis moscatæ, piperis albi, pyrethri, zingiberis.

Radices; cyclam. & betæ instar turundæ naribus indita.

Folia nicotianæ, [illegible] naribus indita, optimũ.

Fumus maioranæ, hyssopi & thymi, tabaci item per fistulam haustus.

Humida.

Succus anagallidis purpureæ, betæ, brassicæ, betonicæ, chelidoniæ maioris, cyclaminis, cucumeris syluestris, radicis iridis, hederæ arboreæ, hyssopi, maioranæ, marrubii, nicotianæ, nigellæ, origani, pulegii, saluiæ, sabinæ, sambuci.

Butyrum recens naribus illitum.

Composita. Mel rosatum, anthosatum, oxymel simplex & scilliticum. *Syrupus* de hyssopo. *Confectio* mustarda dicta, Alexandrina aurea, anacardina, theriaca & mithridatium antiqua. *Olea* ex piperibus, ireos.

STERNVTATORIA.

Ptarmica sunt errhina validiora & tenuiora,

acriora, fortius expultricem cerebri irritantia. Inter quæ vsitatiora sequentia existunt.

Radices; ireos, hellebori albi, euphorbium, quo nihil promtius, admixto parum castorei: pyrethrum: *puluis* nicotianæ inflatus. Ex quibus & aliis errhinis acrioribus subtilissimè pulueris atis fiunt pulueres, ad ʒ j ß. ʒ ij., admixtis cephalicis æquali pōdere, quorum granum j. ij. mediante calamo in nares insuffletur, vel, si vehementia sunt, pixidi æneæ inclusa, motâ pyxide naribus admoueantur. *Vel* nodulus paratur, ex pyrethr. ϑ ß. helleb. nigr. ʒ j. nasturtii ʒ ß. pulueris atis & inclusis in nodulo, qui maceratus in aq. ros. naso odorandus admoueatur. Sternutamentum securè citra molestiam excitat.

Apophlegmatizantia.

Sunt medicamenta, quæ masticata, gargarizata, vel palato illita pituitam è cerebro in os eliciunt, calore suo & acrimoniâ, quâ tùm materiam capite conceptam attenuant, fundunt ac liquant, tùm simul expultricem cerebri stimulant. Talia sunt sequentia.

Radices; acori, angelicæ, ireos, costi, cyperi, gentianæ, galangæ, imperatoriæ, pyrethri, valerianæ, zingiberis.

Cortices, radicum capparum, arantiorum.

Aromata; cubebæ, nux moscata, caryophylli, piper, grana paradisi.

Folia; hyssopi, lauri, lepidii, hydropiperis, maioranæ, nasturtii, nicotianæ,

Semi-

Sternutatorium Rulandi ad exhilarandos
simos efficit: adscribit autor. Vide
descript: Quercet: pharm. dogm: cap 19:
pag: 757.

ex radicib^s chelidonij minoris exprimitur
succus ad purgationem capitis, addito
melle naribus ghlster instillatur. similiter decoctum ejus ad melle gargarizando
caput sternum purgat et omnia pectoris vitia. Fuchsij plant histor: cap. de
chelidonia minore:

Semina; anisi, fœniculi, sinapi, staphisagriæ, thlaspi, seseli, sileris montani.

Fructus; ficus, passulæ, amygdalæ amaræ, baccæ iuniperi, lauri.

Gummi; mastix, ammoniacum, myrrha.

Animal. castoreum.

Hæc simplicia quoad *vsum*, vel masticantur: vt passim rad. pyrethri macerata per noctem in aceto ad ʒj: vel puluis prædictorum ad ʒiij. ʒ ß. excipitur s.q. ceræ, & fiunt trochisci lupinorum instar, quorum vnus masticatur, & volutatur sæpiùs in ore.

OPHTHALMICA.

Dicuntur in genere, quæ in variis oculorum affectibus persanandis vsu recepta sunt. Et in tres præcipuas classes diuiduntur. Prima continet *oxydorcica*, h.e. visum acuentia. Secunda, medicamenta inflammationi dicata, & quidem eius initio, *repellentia*, *anodyna*, statu & declinatione, *digerentia*, vel *discutientia*. Tertia *detergentia* complectitur, in vlceribus, maculis, suffusionibus & similibus vsitata.

Oxydorcica.

Interna.

Radices; fœniculi, chelidoniæ maioris, garyophyllatæ, valerianæ.

Folia; euphrasiæ, chelidoniæ, fumariæ, fœniculi, verbenæ, rutæ, hormini.

Semina; sileris montani, raparum, raphani, fœniculi, carui.

Succi depurati; fœniculi, euphrasiæ, verbenæ, maioranæ, rutæ.

Aqua stillatitia; euphrasiæ, verbenæ, chelidoniæ, fœniculi, rutæ.

Vinum euphragiatum.

Econtrà visui nocent, raphanus, allium, cepæ, sinapi & nasturtium.

Externa oxydorcica.

Aqua mellis, si à tunicarum crassitie caligo fiat. Aquæ destillatæ ex superioribus oxydercicis simplicibus, mixtis; additis, felle, vrinâ pueri impubis, vino albo, melle.

Antimonii ℥ j. in aquæ ℥ iiij. infusa.

Succi prædicti oculis instillati: erucæ succus, salicis florentis succus, qui inciso cortice fluxerit.

Anodyna.

Mucilagines; seminis psyllii, seminis papaueris albi, vbi simul leniendum; seminis cydoniorum, vbi simul adstringendum.

Aquæ; rosarum, peculi rosarum, plantaginis, solani, semperuiui maioris, portulacæ.

Lac muliebre. Albumen oui agitatum in aqua.

Poma dulcia sub cineribus vel in lacte cocta. Succus pomorum.

Medulla panis macerata & cocta in lacte, addito pauco croco, ad gr. iiij. v.

Trochisci albi Rhasis, vbi vehemens dolor.

Opium in extremo dolore, ad gr. ij. in collyriis liquidis.

Repel-

Repellentia.

Aquæ; rosarum, myrtillorum, plantaginis, violarum, portulacæ, solani.

Succi; cydoniorum, pomorum acidorum, granatorum, albumen oui.

Mucilago seminis cydoniorum. Pulpa cydoniorum cocta in aqua adstringente, vt peculi rosarum.

Discutientia.

Decocta; fœnogræci, camomillæ, meliloti.

Fotus & *vapor* ex iisdem & oxydercicis.

Aquæ; aqua vitæ, euphrasiæ.

Animalium partes & *excrementa*; lac muliebre, sanguis columbarum & turturum, pennæ pipionum sanguine prægnantes extractæ, & expressæ in oculum: fel piscium.

Gummi; sarcocolla nutrita in lacte.

Resinæ; myrrha, thus.

Succi aloe, omphacium, vbi ardor simul adest. Tandem crocus.

Detergentia.

Alia sunt leuiora sine morsu, quorum vsus in inflammationum declinatione, vt, saccharum candi, mel, succus rosarum rubrarum, antimonium lotum, cadmia, pompholix, tuthia, os sæpiæ, lapis pumicis, plumbum vstum & lotum. *Alia* sunt validiora cum morsu, quorum vsus maximè in suffusione, panniculo, aliquando & vlceribus: vt sunt, fella piscium, quæ leuiora; quadrupedum, quæ media; auium, quæ fortissima: quibus

adde fel ſerpentum & viperarum. [*Nota.* Fel perdicum omnium validiſſimum, gallinæ mitiſſimum.] *Succi* cydoniorum, fœniculi, chelidoniæ, anagallidis cæruleæ, vrina, aqua mellis compoſita ex oxydorcicis. *Alia* ſunt fortiſſima: vt, vitriolum vſtum, ærugo, vitriolum album, cuius liquor cum ouorum albumine eximius in ophthalmia, rubedine & prurítu oculorum: antimonium crudum.

Otica.

Dicuntur aliàs ἀκουστικὰ, remedia auditum iuuantia: quæ duplicia ſunt, *Interna*, & *Externa*. *Interna* ſunt cephalica recenſita, quæ humorem vel flatum in interiore auris cauitate contenta alterant, abſumunt, & diſcutiunt, ſiue calida ſint, dum malum eſt à craſſis frigidiſque humoribus, ſiue frigida, cùm à calidis ſurditatis cauſa exiſtit, quod in morbis acutis accidere ſolet, poſt criſin, materiâ ad aures protrusâ. *Externa* quoque duplicia ſunt, *Calida* & *Frigida*.

Calida ſunt ſequentia.

Aquæ; aqua vitæ ſimplex: aqua vitæ compoſita ex infuſione cephalicorum, aliorumque, quæ lentum ac craſſum humorem incídunt, detergent, digerunt, facta in vino albo. Infunduntur autem in hunc vſum, radices raphani, porri, ceparum, cyclaminis, hellebori albi: caſtoreum, crocus, nitrum, fel vaccinum, præter cephalica.

Decocta; ex iiſdem, facta in aqua vitæ, aceto ſimplici, vel ſcillitico.

Sut-

de chelidonia: vid Fuchsi: plant historia

ad dentiū dolorē apprime valet ra
dix Angelica · applicat. Et abunde Liqua
ex Experimto Dni Seamani: Illi casu
contingente. Ultimum refferebat:

Succi; ceparum, porri, raphani, rutæ, fraxini.

Olea; *communia*, vt amygdalarum amararum, nardi: & *deſtillata*, præter cephalica ſuprà dicta, ſequentia: ſaluiæ, rutæ, ſeminis cimini, carui, fœniculi, baccarum lauri, ſpicæ.

Pinguedo anguillæ deſtillans, dum in veru aſſatur, auri inſtillata; habet enim vim molliendi & laxandi à pingui ſua ſubſtantia, attenuandi & digerendi partim ab igne, partim à foliis lauri, quæ inter figuntur fruſtris anguillæ, dum aſſantur. Suffitus in aures ex prædictis factus per tubulum æneum. Moſchus cum lana bombycina impoſitus.

Frigida ſequentia vſurpantur.

Olea; nymphææ, roſarum, violarum: lac muliebre tepidum. *Succus* vitium, dum amputantur lachrymæ. *Decocta* ex frigidis, v. g. roſa, malua, violis, ſalice, lactuca, nymphæa.

ODONTICA.

Dicuntur, quæ dentes roborant, & ſordes detergendo dealbant, materia pro dentifriciis. Sunt autem ſequentia.

Ex *plantis*: pimpinella, parietaria, beta, capill. Veneris, caules: *folia* myrthi, lentiſci, oleaſtri, pulegii, origani, hyſſopi, menthæ, ſaluiæ, roſmarini, ſeparatim vel plura vſta, & in cineres redacta.

Ex *animalibus*: os ſæpiæ, oculi cancri, cornu cerui, concharum omnium genera, cochlearum terreſtrium teſtæ.

Ex *lapidibus:* pumex, lapis ſpongiæ, alabaſtrum, ſpecularis. Omnibus egregiè comminutis, aut, ſi ægrè fiat, priùs vſtis.

Oſſa ſeu nuclei dactylorum, myrobalanorum, oliuarum, nucum cupreſſi, vſta.

Marina; corallia, ſpuma maris.

Succi terreſtres; ſal commune, ſal gemmæ, alumen, nitrum, ſupra tegulam ardentem fuſa, & vſta. Sed alkali & eius diſſoluti innatans pinguedo, axungia vitri dicta. Tartarum vini albi. Cruſta panis vſta.

Hiſce addenda odorata, vt pulueres aromatum, ligni aloës, plantarum odoratarum, radicis ireos; moſchus & ambra; & ad corroborationem gingiuarum, maſtix, thus, myrrha.

LIBRI II.

SECT. II.

De Remediis thoracis.

TYPVS SECTIONIS.

Thoracis remedia reſpiciunt
- Cor, *Cardiaca.*
- Pulmones, *Bechica.* / *Pneumonica.*
- Mammas, Lac *Generantia.* / *Corrumpentia.*

CAR-

Confectio Alkermes cu 4drapla bonagrimis con
serva omnibs conditis anteponenda. Durto Anth
ec: vid Frambtzer: consult: de hypochondriac
melancholia sub fine

Aqua mirabilis ad collapsus virtt mira
randas. et spus vitales et animales re
borandos et reficiendos, que elixir vite
equiparari potest: paralu salutis Lau
pharm: dogm: rhet: cap 7. p. 641

El: Aromaticu caryophillatu precipuu, et
singulare est roborans cordis et ventri
culi
Diamarguritu calidu Avicenne, vbi
hibetur adversus omnes Lipothymias, Syncopas
et cordis diliquia. et breviter omnes vires
collapsas reparat et instaurat: prodest
suffocationi matricis, asthmatis babedi
etc: Laurent: pharm: dogm: rhetit: c: 21
De Speciebus:
Elect: Lætificans. Rhasis & alii ad palpi
tationes cordis, ad omnes melancholicos
hypochond speciem. et quia Lætitiam et hi
laritatem confert. Lætificans cognominatus
est. Salomon autor qui hujus authorem
Galenum fuisse opinantur: et ideo circa nomi
nant Lætificans Galeni: Laurent. ibid
Diambra et diamoschu dulce. Utraq;
a Mesue descript. Laudantur adversus pty
limos omnes affectus frigidos, cerebri
morbos. paralyses vertigines, Epilepsias
convulsiones, melancholicos, vecordes et
lugentes instaurant. facultates vitales
etc: Laurent: ibid

CARDIACA.

CARDIACA medicamenta sunt, quæ cordi roborando, malignitati arcendæ, & spiritibus generandis sunt idonea. Talia sunt omnia alexipharmaca interna suprà proposita, nisi quòd calida cum frigidis confusa sint, quæ in vsu sunt discernenda. Sed præter illa conueniunt sequentia, quæ ibi non extant.

Calida.

Radices; doronici, zedoariæ, pentaphylli, garyophyllatæ, petasitidis.

Cortex arantiorum, citri.

Folia; cardui ben., saluiæ, calamenthæ montanæ, cardiacæ, hederæ terrestris, menthæ, ocymi, rosmarini.

Flores; saluiæ, lilii conuallii, spicæ.

Resinæ; thus, styrax, benzoin.

Animal. mumia, sericum.

Marin. succinum.

Aquæ; card. ben., melissæ, scabiosæ, saluiæ, cinamomi, theriacalis.

Olea; garyophyllor., cinam., croci.

Condita; corticum citri, radicis scorzoneræ.

Trochisci; de gallia & alipta moschata.

Species; lætificantis Galeni.

Frigida.

Radices; acetosæ, buglossi.

Folia; acetosæ, trifolii acetosi, borraginis & buglossæ, nymphææ, myrthus.

Semina; cydoniorum, plantaginis.

Fructus; ceraſa acida, pomaredolentia, ribes, cydonia, granata acida.

Flores; ſalicis.

Succi; acetoſæ, roſarum & fructuum modò dictorum.

Lapis granatus.

Mineralia & marina; aurum, argentum, corallus, perlæ, mater perlarum præparata.

Aquæ; roſarum, violarum, bugloſſæ, nymphææ, acetoſæ, ceraſorum.

Syrupi; acetoſus, citri, granatorum, limonum, agreſtæ, de ſucco acetoſæ, violarum, roſarum, cydoniorum, nymphææ, pomorum, ribes, oxyſaccharum.

Conſerua roſarum.

Condita; limones conditi, oxyacantha, ribes, ceraſa acida condita.

Species; diamargariti frigidi.

Trochiſci; de ſpodio, camphora.

Vnguenta; roſaceum, ſantalinum.

BECCHICA.

Sunt medicamenta, quæ contenta in pectore & pulmone excrementa apta reddunt, vt tuſſi facilè expurgari queant, ſic dicta à modo euacuandi per tuſſim: Græcum enim nomen βηξ tuſſim ſignificat, hinc βηχικὸς: aliàs ſputum mouentia & anacathartica, vt & à parte euacuandâ thoracica & expectorantia. Eaque ſunt duplicia pro varietate excrementorum, attenuantia videl., & incraſſantia: illa humores craſſos attenuando, in-

i Digitalis: bid: mensis maccubra:
Tribus obolis bibitur verbasci aqua flos
aurous ē, contra orta pectoris vitia tussis
et purulenta excreantibus: Tanta hui
vis vt [illegible] gemendo etia nō tussientibus
modo sed etia alia hrdyrthibus, auxili-
atur pōt: Fuchs: ex Plinio: plant hist
cap. de verbasc:

Radix Struthij .i.ε, Saxonarie decocta
et ejus jus ad mellis sumptū, magnifice
ad tussim orthopnœa cochlearis mensu
ra valet: ex Dioscoride. et Plinio. Fu
chsius: plantar histor. Cap. de Struthio

Allium asperas arterias clarificat, vete
rē tussim crudū et coctū comesta limit
ex Dioscoride Fuchs: —— excalefacit
corpus, crassos mi eo humores extenuat,
glutinosos q. medit, vis tame aut ter. in
aqua decoctū, acrimonia spoliatur, q q nec
sic quide vim perdit extenuandi, detersa
cultratē q da obscurissima alendi corpis
acquirit: Ophioscorodon domestico valen
tius ē: Fuchs ex Galeno. Cap. de Scorodo

guta Ysatia per lacew ad gutt 4 aut
6 quotidie adhibita. phthysicis sumus
solatiū pōt: etc. Hartmā.
Lac. sulphuris.
Martis crystalli mi ecligm: Hartmā
asthmati

incidendo & detergendo; hæc verò tenues humores incrassando & simul leniendo expectorant. Vbi notandum, quòd si inter attenuantia quædam acriora videantur, ea lenientibus esse temperanda, ne tussis nimirùm irritetur, aut crassus humor nimiùm illorum vsu exiccetur.

Materia attenuantium.

Radices; aristolochiæ vtriusque, althææ, angel., ari, enulæ campanæ, ireos, scilla, cepa, zingiber.

Folia; adianthi, capilli Veneris, calaminthæ, hederæ terrestris, hyssopi, nicotianæ, pro syrupo & suffitu: origani, pulegii, pulmonariæ, prassii, pes cati, h.e. gnaphalium montanum, scabiosa, ros Solis, tussilago seu vngula caballina, aliàs becchium. Abrotan. vid Fuch: Numularia: vid Tum

Semina; anisi, brassicæ, carthami, fœniculi, nasturtii, seseli Massilienſis officinis, sileris montani, vrticæ. Abrotani

Baccæ; lauri, iuniperi.

Flores; anthos, camomillæ, scabiosæ, crocus à ʒß. ad ʒ j.

Fructus; amygdalæ amaræ, caricæ seu ficus in furno aut Sole exiccatæ, cappares.

Resinæ; myrrha, terebinthina.

Animal. mel, pulmo vulpis vino ablutus & exsiccatus ʒ ß. ʒ j.

Chymicæ; flores sulphuris in eclegmate & tabellis becchicis. Oleum sulphuris, cuius guttæ aliquot miscentur eclegmatis.

Aquæ; cardui benedicti, hyssopi, tussilaginis, scabiosæ.

Syrupi; capillorum Veneris, hyssopi, prassii, tussilaginis, pedis cati, oxymel simplex & scilliticum.

Conserua; enulæ campanæ, capillorum Veneris, anthos, tussilaginis.

Pulueres; diaireos simplex & Salomonis, diacalaminthæ.

Loch de pulmone vulpis, & similia in singulis officinis vitata.

Externa.

Olea; amygdalarum amararum, ireos, camomillæ.

Vnguenta; resumtiuum, dialthææ.

Emplastrum filii Zachariæ.

Materia incrassantium & lenientium.

Radices liquiritiæ.

Semina; 4. frigida maiora, papaueris albi, lactucæ, maluæ, hordeum.

Flores; nymphææ, (officinis nenuphar) violarum, papaueris rheas.

Fructus; amygdalæ dulces, dactyli, iuiubæ, nuclei pineorum, pistacia, pruna dulcia, passulæ, sebestena pruna.

Succi; liquiritiæ, amylum, penidia, opium.

Animal. butyrum.

Aquæ; violarum, papaueris rheas. nymphææ.

Syrupi; de liquiritia, iuiubis, nymphæa, papaueris rheas, violarum, papaueris albi, mel violarum.

Con-

Nummularia, of wch Turner in his herbal
writeth that is very good for ye cough that
young children haue, called in right English
kindt-cough, for kindt is child in Dutch
& in french-English-ching cough. vid
Turners herbal.

Botrys: plurimū valet Asthmaticis
vid Parkins:

Syr. Botryos: comp: b: pharmac: Lond 165[illegible]

*Vnc ℈ floribꝰ Aurant:

Matthiolus sibi experimento compertū et tradit
cariceas 2 aut 3 noctes vinā mīgā bibē ma
lerabus ischiaticos juvare, qui manū eos
devorabitur: Rauwin hyst. plant: Cap de
Ficu:

Pulmonaria sea Lichen Arborū. sic dicta
quia pulmonū vitijs exulceratis omib⁹ potissimū eo
tempore præsens remediū sit: Fuchs. de plant. hist
alij nomina:

Lac sulphuris. cū loch de pino. de pul
mone vulpis, sano et experto. admixtis
Beccinis albis, pendio. et Spreinbus dia
tragacanth. frig:. profuit quoq; ac debet
misceri cristalli Marchi et flores Bu
zoar: Vid. Hartman. pract. chym.
p: 146.

gum⁹ gutta q persici truncus Machrymat
fluentibus rubebus, cādē mixta cū vino
Cretico ut vocāt decocta cū croco tamorē faucium
mitigat asperæ arteriæ canalem levigat, fauci
exercentibus sanguinē miro modo subvenit
thoracis obstructos sinus reserat vitia
pulmonis expurgat: Fuchs plant hist: cap.
de: Persica:

Verbena omnibus descriptis medetur. latin
bus pulmonis jecinori thoraci, peculiariter
autē pulmonib⁹ et quos ab jis phthysi incitat
Fuchs: plant histor. cap de verbena

Tapsus barbatus. cū Bismalva et pectoralib⁹
cocta ac pectori imposita, tussiculosis pro
ficiat. Leniunt, ut etiā plures sic dicendo
et scribendo ad tussim reddunt: vid. Horstius

Conſeruæ; violarum, nymphææ.

Species; diatragacanthi frigidi, diapenidium.

Externa.

Oleæ; violarum, nymphææ, amygdalarum dulcium.

Vnguentum roſatum.

PNEVMONICA.

Sunt medicamenta intemperaturis pulmonum corrigendis idonea, quorum materia eadem eſt cum becchicis. Inter quæ ad *calefaciendum* pectus excellit vſus florum ſulphuris ad ʒ j. cum ouo ſorbili, & terebinthinæ ʒ ij. diſſolutæ in oxymel. ʒ ij. Externè, thermæ ſulphureæ. Ad pectus verò *frigefaciendum*, vſus acidularum, lactis, niſi impediat catarrhus, decocti ligni rhodii, ſantali rubri ad tabem incipientem, & hæmopticam imminentem. Item conſerua roſarum acidula facta, frequenter vſurpata, manè, & ſub ingreſſum lecti. Reliqua in becchicis.

LAC GENERANTIA.

Dicuntur vel *propriè*, vel *impropriè*. *Propriè* lac generant, quæcunque multum & bonum ſanguinem efficiunt, cuiuſmodi ſunt alimenta polytropha, & euchyma, ac medicamenta temperata, quorum lac effectus eſt materialis. *Impropriè*, quæ moderatâ incidendi facultate ſanguinem fluidiorem reddunt, & ad mammas deducunt, vt ibi in lac conuertatur, de quibus hîc ſermo: vbi nota, quædam ex illis proprietate quâdam impellere ſanguinem ad mammas. Sunt autem alia *Interna*, alia *Externa*.

Interna.

Folia; Smyrnium Dioſc., ſeu petroſelinum Macedonicum verum, anethum, apium, ſion, polium, omnia virentia: polygala, lactuca in calidis; nam in frigidis minuit.

Semina recentia; aniſi, fœniculi, erucæ, nigellæ.

Succus; cicerbitæ, taraxaci, tragopogi cærulei, ptiſana.

Puluis; cryſtalli tenuiſſ. ad ʒj. in liquore idoneo. Lac lunæ pondere ʒj.

Externa.

Mollientia ſimplicia, vt, *radix* althææ. *Folia* anethi, maluæ. *Semen* lini. *Flores* camomillæ, admixtis etiam foliis & ſeminibus modò dictis, pro fotu. Item rubificantia, ſi cætera non iuuerint.

LAC MINVENTIA.

Minuunt lac, quæcunque vehementer refrigerando ſanguinem incraſſant, vel nimio calore digerunt, aut exiccant, vel totâ etiam ſubſtantiâ lactis generationem impediunt. Qualia ſunt vel *Interna*, eaque *calida*, vt, ocymum, ruta, calamentha, ſaluia, agnus caſtus: *frigida*, vt, portulaca, ſemperuiuum, cucurbita, camphora. Vel *Externa*. 1. *Cataplaſma* ex calidis modò dictis in oleo coctis appoſitum. 2. *Linteola* omphacio intincta, & applicata. 3. *Apium* cum aceto tritum, & applicatum. 4. *Spongia* immerſa in decocto cumini vel coriandri, facto cum aceto acerrimo, & admota, Secretum quorundam.

LIBRI SECVNDI,

SECT. III.

De Remediis ventris inferioris.

TYPVS SECTIONIS.

Ventris inferioris partium medicamenta propria sunt sequentia,

- Ventriculi, *Stomachica.*
- Intestinorum, quibus præ cæteris partibus omnibus competunt
  - *Flatus discutientia.*
  - *Vermes necãtia.*
- Hepatis, *Hepatica.*
- Lienis, *Splanica.*
- Renum, *Nephritica:* eáque vel
  - *Lenientiæ.*
  - *Detergentia.*
  - *Lithontriptica.*
- Vesicæ, *Cystica.*
- Testium, *Semen*
  - *Generantia.*
  - *Extinguentia.*
- Uteri, *Hysterica* eáque vel
  - *Corroborantia uterum.*
  - *Menses*
    - *Mouentia.*
    - *Sistentia.*

STOMACHICA.

STOMACHICA sunt, quæ peculiari vi humores in ventriculo contentos alterant, & simul concoctionem cæterasque ventriculi functiones adiuuant & confirmant. Quorum alia sunt *calida*, alia *frigida*. Vtraque non nimis aperientia & diuretica, sed adstringentia esse debent.

Calida.

Radices; calami aromat., cyperi, galangæ, gentianæ maioris, zedoariæ.

Cortex arantiorum, citri. *Lignum* aloes.

Folia; absynthii, betonicæ, menthæ, origani, rosmarini, saluiæ.

Semina; anisi, citri, cumini, fœniculi, grana tinctorum.

Flores; betonicæ, saluiæ.

Fructus; amygdalæ amaræ, nuclei persicorum.

Gummi; mastices ʒ ß. cum momento zingiber. aut zedoar. ex ouo sorbili sumta.

Aromata; omnia, zingib. præcipuè, piper integrum deuoratum.

Marina; ambra, succinum.

Aquæ; foliorum dictorum, cinamomi, aqua vitæ, spiritus anisi.

Olea destill. garyophyll., nuc. mosc., cinamom., macis, cumin. succini.

Syrupi; absynthii, menthæ, betonicæ.

Conseruæ; florum absynthii, betonicæ, saluiæ.

Condita; cortex citri, acorus condit., nux mosc. nux iuglans, zingib. condit.

Confect. alkermes, mithridat., theriaca.

Species; aromatici rosati, diagalangæ, diacydonii cum speciebus.

Trochisci; de absynth., rhabarb., gallia moscata

Externa.

Olea; absynthii, menthæ, mastices, nucis moscatæ per expressionem: nardinum.

Empl

Pulvis ad omnes ventriculi affectus mirabiles: Quercitani. paratu facilis et quem summis Essent Laudibus: vide pharm. dogm nisht: cap: 21 p: 767.

Emplastra; de baccis lauri, pro stomacho.

Frigida.

Radices; acetosæ, cichorii, plantaginis.

Folia; acetosæ, endiuiæ, cicerbitæ, cichorii, 5. capillar., dens leonis, myrthi folia.

Semina; 4. frigida maiora & minora, hordeum, myrthi.

Flores; cichorii, rosarum rubrar., cytinus, h.e. mali punicæ.

Ligna; santala omnia.

Fructus; berberis, cydonia, granata, cerasa, mespila, sorba, fraga, malum citrium, myrobalani omnes, singulariter.

Succi; foliorum & fructuum: item acacia, hypocistis.

Gummi; camphora, additis leuiter adstringentibus.

Marin. corallium.

Aquæ; rosarum, plantaginis.

Syrupi; de agresta, de succo acetosæ, cydoniorum, granatorum, myrthinus, miua cydoniorum.

Condita; cerasor., cydon., ribes, berberor., vua cerba condita.

Conseruæ; florum cichorii, rosarum, capillorum Veneris, acetosæ.

Species; diatrium-santalon, diarrhodon Abb., diamargaritum frigidum.

Trochisci, de camphora, spodio, eupatorio.

Externa.

Oleæ; lentisci, cydoniorum. *Vnguentum* rosatum

Vermes Necantia.

Vermes necantia ſunt, quæcunque qualitate vel manifeſtâ, vt acrimoniâ, amaritudine, ſalſedine vel aciditate, quos ſapores lumbrici faſtidiunt: vel occultâ vermibus inimicâ, illis exitium pariunt. Vbi *nota*: extra febrem calidioribus, in febre autem minùs calidis, hæ acidis, vel mixtis vtendum eſſe.

Radices; ariſtolochiæ, aſclepiadis, anchuſæ, biſtortæ, dictamni albi, gentianæ maioris & cruciatæ, filicis maris & fœminæ, carolinæ, helenii, ſucciſæ, tormentillæ, zedoariæ, rhabarbari, rubiæ, perſonatæ, petaſitis.

Cortices; radicum mori & capparum.

Folia; abſynthii (Pontici & Seriphii,) thymi, menthæ, rutæ, dentis leonis, polii, aſarinæ Matthioli, ſabinæ, marrubii, calaminthæ, tanaceti, perſicariæ, perſici, cardiacæ, cardui-benedicti, rutæ capratiæ.

Flores; centaurii minoris, lupulorum, hyſſopi.

Semina; contra lumbricos, lupinorum, caulium, coriandrum præparatum, portulacæ, citri, arantiorum, atriplicis, anethi, hedyſari, nigellæ, pſeudomelanthii, naſturtii, erucæ ſatiuæ & ſylueſtris, napi, leuiſtici, lupuli, acetoſæ, cannabis, porri. Baccæ lauri.

Gummi; iuniperi. Myrrha quæ *reſina*.

Animal. raſura cornu cerui & eboris, puluis lumbricorum terreſtrium, bouis aſtragali, vnicornu.

Terræ; bolus armena & terra ſigillata.

Mi

Raphaij · rabirij · de qua · vid historiam apud
Senert · medicina practi: Lib 1 · part 1 · c: 18

Mineralia; ſulphur, ſal nitrum, argentum viuum ad ℈ ß.

Marina; corallina ſeu muſcus marinus, corallum rubrum.

